tia: ⁊ cōfitet̄ ſe habere deum p̄ſētem ⁊ nō abſētem.
Queſierat eni ſpōſa a chriſto vbi paſceret̄: vbi cuba
ret ꝑꝑ qd̄ dupliciᷓ ignorabat: iō duo facit. q: primo
ꝙ ꝯfitetur: paſcitur in ſeipſa. ſcdo ꝙ cubat in ſeipſa
Ubi paſcit̄ chriſtus. ibi [Tigna domorum nr̄arum.] Cōtinuat̄ ſic. ¶ Di
lecte mi ego q̄ſi ignorās querebā vbi paſceres mō
cognoſco ꝙ paſcis in me ip̄a. nā tu paſcis inter flo
res: iuxta illud qd̄ habetur īfra. [qui paſcit̄ inter li
lia.] ſiue int̄ flores. [⁊ q: lectulus noſter floridus ē.]
iō in meo lecto. i. in mea mēte ſiue mea cōſcientia
paſceris. ¶ Deīnde cum dicit.

**¶ Tigna domorū noſtrarum cedrina laq̄a ria noſtra cupreſſina**

¶ Cōfiteturꝙ cubat in ſeipſa. Nā requies chriſti eſt
vbi ſūt dona ⁊ ꝟtutes ſpirit⁹ ſcti. Cōtinuet̄ ergo ſic
Requies xp̄i ſūt dona ⁊ virtutes. Nō ſolum mi dilecte ꝯfiteor ꝙ tu paſceris in me: q:
lectulus noſter floridus. Sed etiā cubas in me. [q̄a
tigna domoꝝ nr̄arum.] i. mētis ⁊ cōſciētie nr̄e ſiue
potētiaꝝ nr̄arum [ſunt cedrina.] ꝑpter ꝟtutes ſpi
ritus ſcti. [⁊ laquearia cupreſſina.] ꝑpter eius do
na. Tigna eni dom⁹ dicunt̄ ligna erepta ī capite cō
iuncta ⁊ ſignificāt ꝟtutes ſpiritusſancti que ſunt in
diuerſis potētijs. ꝯiungunt̄ tm̄ in capite in quātum
fluunt a diuina gr̄a que eſt in eſſentia aīe ī qua po
i. pte. q. vij. ar. ij. tentie radicātur. Huius autē ꝟtutes dicunt̄ cedri
nē ꝑpter īcorruptibilitatem. Laquearia autem di
cuntur ligna cōiungentia ipſa tigna. vn̄ imediati⁹
i. ij. q. lxxvi. articulo. ij. laquearia adherent lateribus: ex quib⁹ tegitur do
mus quā faciāt ipſa tigna ꝑpter qd̄ dicta ſunt laq̄a

ria. vñ ſignificãt dona ſpiritus ſm que mouemur a ſpiritu ſctõ. Nã ſcdm tales motus ꝟtutes i nobis ſtãt magis firme. huiꝰ vero ⌊laquearia ſunt cupreſſina.⌋ ꝑpꝫ odorẽ: qꝛ ſpargũt odorẽ vſqꝫ ad ſpm̃ ſctũꝫ. i.ij.q.lxviij. ar.ij.

**Capitulum ſcdm Lectio.i.**

Ego flos campi

Poſtquam deſcripte ſunt turbationes qs patiebatur eccleſia primitiua: vt differebat a moderna. Hic narrat turbatiões quas patiebatur vt cõueniebat cũ ea. Huiꝰ autẽ turbationes ſũt due .ſ. adminiſtratio filioꝝ: ꝛ iſidiatio hẽticorũ. ¶ Diuiditur autẽ pars iſta in duas partes. qꝛ primo ponit incitatio chriſti kmꝙ iuitat eccliã ad flores ꝓducẽdũ ſiue ꝓcurandũ: ꝛ ad hereticos capiendũ. Scdo ponit famulatio ſpõſe que prompta eſt ad chriſto obediendũ. ibi ⌊dilectus meꝰ mihi.⌋ Prima diuidit in duas ꝑtes: qꝛ i prima chriſtus iuitat eccleſiã vt procuret filios: ſcdo vt capiat hereticos ibi. ⌊capite nobis vulpeculas.⌋ Prima i duas. Qꝛ primo iuitat eccleſiam ad officium ſuſcipiendũ. Secũdo ad officiũ exequẽdũ. ibi. ⌊vox dilecti mei.⌋ propter primũ. Notandũ ꝙ pmo chriſtus iuitat eccleſiam ad miniſtrãdũ filijs ꝛ habẽdã curã de eis. Scdo vidẽs ſpõſa ꝙ nõ ẽ bonũ repellẽ monitionem ſpõſi nõ rñdet ſponſo, innuẽs ſe aſſentire monitionibꝰ eiꝰ ſed cõuertit ſe ad filios declarans quõ itelligendũ ſit ſuſceptũ officiũ. ⌊ſicut malus.⌋ Tertio chriſtꝰ huiꝰ declarationem confirmat. ibi ⌊adiuro vos.⌋ Prima ps diuidit in ꝑtes tres ſcdm ꝙ tripl'r iuitat eccleſiaꝫ vt miniſtret filijs ꝛ eorum curam hẽat. Nam primo inuitat eccleſiam ratione exẽpli. Scdo rõne

Diuiſio textꝰ.

Chriſtus inuitat eccliã ad filiorum ꝓcurationẽ ꝛ ad hereticorum extirpationem.

Sponſa aſſentit monitionibꝰ ſpõſi.

premiſ.ibi[ vt lilium ].Tertio rône meriti.ibi[ ſicut liliũ inter ſpinas ].Continuatur ſic.Tu amica mea turbaris per gentiles:qꝛ nigra es ſicut tabernacula cedar.turbaris etiam per iudeos:qꝛ filij matris tue pugnauerunt contra te.Sed vltra hoc opꝫ te tribulationes ſuſtinere ꝓpter adminiſtrationem filiorum:ad qđ debes induci exemplo meo: qꝛ ego ſũ flos cãpi.Non ei ſũ flos anguli:ſꝫ in cãpo exiſtẽs po‑
Joan.x. ſui animam meam pro ouibus meis.Sic ꝛ tu exemplo meo debes hoc facere.¶ Deinde cuꝫ dicit.

**¶ Et lilium conuallium**

¶ Oſtendit hoc idem rône premiſ.Continuatur ſic.
i.ioan.x. Non ſolum amica mea debes ponere aĩaꝫ tuam ꝓ filijs tuis:habendo curam de eis: vt ſit flos cãpi ſic ego.ſꝫ debes etiam hoc facere:cõſiderando qꝛ ego
Chriſtꝰ ẽ ꝑmiũ hũiliũ. ſum lilium conuallium:ſiue decor ꝛ premium humilium:ideo ſi te humiliaueris ad hoc faciendum: hẽbis a me mercedẽ ꝛ premium.¶ Deinde cum dicit.

**¶ Sicut lilium inter ſpinas/ſic amica mea inter filias.**

¶ Oſtendit hoc idẽ rône meriti.Eſt ei modus loquẽdi ꝙ ſi aliquis vellet habere aliquem in amicũ ꝛ diceret eo audiente:ſi aliqs vult eſſe amicus meꝰ dꝫ eẽ purus ſicꝫ aurũ.Jlle aũt ſi eẽt ſẽſatus intelligeret ꝙ oporteret eũ eſſe talẽ ſi vellet eſſe amicus eiꝰ: ſic loquitur xp̃s eccleſie cũ ait[ ſicut liliuꝫ inter ſpinas: ſic amica mea inter filias ].Jdeo tu ſponſa ſi vis eſſe
Spõſa xp̃i tribulationibꝰ purgatur. amica mea opꝫ ꝙ tu exponas te ſpinis.i.tribulationibus ꝑ filios tuos et purgaris ſiue affligaris ꝑ huiꝰ ſpinas qꝛ ꝑ hoc mereberis.Jn quo iuitat eam ad ſuſcipiendũ offiñ rône meriti.¶ Deide cuꝫ dicit.

**¶ Sicut malꝰ iter ligna ſiluarũ/ ſic dilectꝰ**

**meus inter filios. Sub vmbra illius quem deſideraueram ſedi:et fructus eius dulcis gutturi meo.**

¶ Declarat eccl'ia filijs ſuis qualiteer ſe debeāt ha-
bere i ſuſcepto officio. Uult enim oſtēdere ꝙ prius
debet intēdere ſibi poſtea alijs. Et hoc oſtēdit dupli
ci ratione. Primo ex differētia vite actione ad con
templationem. ſecundo ex ordine charitatis. Pria
ratio talis eſt. Uita cōtemplatiua melior eſt ꝙ vita
actiua. iuxta illud domini ꝙ dixit mariā elegiſſe o-
ptimā partem. Luce. x. quia elegerat vitā contem-
platiuā. Sed ad maius bonū pri⁹ eſt intendēdum.
Cū ergo p̄latus per vitā ꝯtēplatiuā magis itēdat
ſibi. per vitā ꝟo actiuā magis videatur intendere
ſubditis. Pri⁹ deb; intendere ſibi ꝙ ſuis ſubditis.
Scda rō ſumit̄ ex ordine charitatis. Nā charitas
ordinate fert̄ i bonu;. Et qr quodlib; bonū magis
reſeruat̄ vbi eſt totū ꝙ vbi ē ſm ptē. iō bonū noſtrū
magis reſeruat̄ i deo vbi eſt ſm partē. Iterū queli
bet res magis reſuatur inſe ꝙ i ſuo ſimili. Iō ma-
gis debemus diligere deum ꝙ noſipſos: et nos ꝙ
proximū. ergo p̄lat⁹ ex ordine charitatis p⁹ d; dili-
gere ⁊ itēdere bonū ſibi ꝙ ſſbditis. iponēdo āt iſtas
rōnes ſic ꝓcedit: qr ꝓpōit media ſiue ꝟtutes rōnū
Scdo ex ipis medijs arguit. ibi [fulſite me florib⁹.]
Pria ps diuidit̄ i duas. Scdm ꝙ duo media ꝓpōit.
Nā primo ponit mediu; ex dulcedie ꝯtēplationis.
Scdo ex ordine charitatis. ibi [introduxit me rex.]
Eſt ḡ mediū p̄mū ꝙ ſpōſ⁹ eſt ſūme bonus. et ꝙ ipſa
ſedit ſub vmbra illi⁹. ſ. ſpōſi ſur⁊gnſtauit de fructu
ei⁹: i quo ſēſit magnā dulcedinē: iō ait. [ꝙ ſicut mal⁹
inter ligna ſiluarū.] i. ſilueſtris: non ꝙ ipſe ſit ſilue

Uita cōtemplatiā ē melior actiua.

De cura p̄latorum.

Sup noſipſos ⁊ ꝓrios diligēdus ē de⁹. i. ſ. q. xx. ar. i.

Sols xp̄s ē viridis ⁊ do mesticus.
Christ⁹ est ſūme deſi=derabilis.
Sols xp̄s ē filius dei naturalis
Qui ſedent ſub vmbra christi.

ſtris ſʒcōparatione: ſicut oīa ſūt arida: ⁊ ipſe ſolus viridis: ſic oīa ligna ſunt ſilueſtria: ⁊ ipſe ſolus do= meſticus ⁊ ſumme bonus: ⁊ ſumme delectabilis et deſiderabilis: [ſic dilectus meus inter filios. ]i. iter alios iuſtos eſt ſūme deſiderabilis qꝛ cūcti ſctī ſunt q̄ſi alieni a deo in cōparatione ad xp̄m: qꝛ nō ſūt fi= lijs naturales: vt ipſe. Et qꝛ talis eſt ſpōſus ſuus: iō ſb dit. [ꝙ ſub vmbra illius. ]i. ſponſi mei quā vmbrā deſideabā ſedi. [⁊ fructus ei⁹ dulcis gutturi meo. ] Tunc enim ſedemus ſub vmbra chriſti qñ ardor li= bidinis nos non vrit. Et tunc fructus eius eſt dul= cis gutturi noſtro: qñ relinqꝛentes terrena delecta mur diuine gracie. ¶ Deinde cum dicit.

**Introduxit me rex in cellam vinariam/ ordinauit in me charitatem.**

¶ Ponit. 2. mediū ex ordine charitatis dicēs. [ rex ] i. chriſtus. [ introduxit me in cellā vinariaꝫ. ]i. ī vber tatē ſpiritualis letitie que deſignatur per vinuꝫ. [ ⁊ ordinauit in me charitatem ]. i. contulit michi cha= ritatem ordinatam: ¶ Deinde cum dicit.

**Fulcite me floribus ſtipate me malis/ qꝛ amore langueo.**

¶ Arguit ex medijs ſupredictis ꝙ priusdꝫ prelatus intendere ſibi q̄ alijs. Et duo facit ſm ꝙ fuerūt me dia aſſignata. Primo ergo exarguit ex primo me= dio. Scdō ex ſecundo. ibi leua eius. ] Continuatur ſic. Dictum fuit eni ꝙ dulcedo dilecti mei eſt valde ſuauis. ⁊ iō primo querenda. propter ꝙ o filie hie= ruſalem ante q̄ ego intendā vobis. [ Fulcite me flo ribus ſtipate me malis. ]i. permittite me eſſe fulci= tā floribus. non impediendo delectationē meā quā hēo d xp̄o qui eſt flos. Et pmittatis me eſſe ſtipatā

Chriſt⁹ eſt flos ⁊ mal⁹.

malis non impediendo dulcedinez meam quā' hēo dedilecto meo q̄ eſt malus. ⁊ ſubdit cāz. [ q2 amore langueo ]. Notandū aūt q ſuperius chriſtus noīat' eſt a ſingulari. [ flos ⁊ malus. ] Hic aūt in plurali nominat ipſum dicens [ fulcite me floribus ſtipate me malis. ] q2 bonitas ⁊ dulcedo i chriſto eſt vnica. Cū aūt deriuatur ad nos multiplicatur ⁊ diuerſificatur ſm diuerſa doua gr̃arū. ¶ Itē notādū q aliquis dr facere ex eo quod permittit illud vel non impedit fieri. Et iſto modo loq̄tur eccl'ia filijs ſuis q ornent eā floribus ⁊ ſtipent eā malis. i. ſtip(t)ribus malorum eā circundent: q2 petit ab eis q eā ſic ſtipatam ⁊ fulcitā ꝑmittant nō impediēdo ipſā. cum ex ſuauitate odoris: ſiue ex dulcedine cōtēplationis debeat ꝑus intendere ſibi q̄ alijs filijs. ¶ Deinde cum dicit.

Dulcedo chriſti in ſe eſt vnica. ſz in nobis mltiplicat. Fideles debent eccleſiaz ornare virtutibus

**¶ Leua eius ſub capite meo: ⁊ dextera illius amplexabitur me.**

¶ Arguit hoc idē ex ſcdo medio. ⁊ continuatur ſic. Sicut ex dulcedine contēplationis ſi ex ordine charitatis. ꝑus debeo mihi intendere per vitā cōtēplatiuā q̄ vobis per vitam actiuam. [ ergo leua ei' ] ſiniſtra chriſti que denotat vitam actiuaz erit [ ſub ca pite meo. ] i. ſecundario intēta. [ ⁊ dextera illius ] i. vita contemplatiua per quaz intendo mihi. [ amplexabitur me. ] i. erit ſup caput meū q2 erit ad qd̄ primo intendam. Quia ꝑmo intendam mihi: ⁊ poſtea vobis. ¶ Deinde cum dicit.

Siniſtra chriſti eſt vita actiua. Dextera chriſti eſt vita contemplatiua. Primo intendas mihi poſtea tibi.

**¶ Adiuro vos filie hierl'm / ꝑ capreas / ceruoſq̄ cāpoꝝ: ne ſuſcitetis / neq2 euigilare faciatis dilectam: quoad uſq̄ ipſa velit.**

¶ Ponit̄ ꝯfirmatio ꝑdicte declatiōis. Sic ei declarauerat ſpōſa ſuſceptū offm̄: q2 volebat ꝑus ītēdere ſibi ⁊ hēre dexterā xp̄i ſup ſe. ⁊ poſtea volebat intē-

dere filiis ⁊ habere ſiniſtrā ſub capite. ⁊ nolebat ꝙ filij ſui impedirēt eā a dulcedine cōtēplationis. Jō chriſtus volēs hoc cōfirmare ait. ⌊ O filie hieruſalem. ⌋ qb⁹ ſpōſa mea preeſt. ⌊ adiuro. ⌋ obſecro et rogo. Nā licet poſſim pcipere volo ⌋ rogare. ⌊ vos p capreas: ceruoſqꝫ campoꝝ. ⌋ i. propter plātos ſiue pp ecclꝭie doctores qui ſūt capree que debēt ſubtilit̄ videre qd expediat ſubditis. Et ſūt cerui cāpoꝝ q̄ debēt ſollicite currē ad ſbditoꝝ defectū. Propt̄ hui⁹ plātos pp ſponſaꝫ meā. ⌊ rogo vos ne ſuſcitetis nec euigilare faciatis. ⌋ ipſam dilectaꝫ a ſomno cōtemplationis donec ipſa velit. qꝛ pus dꝫ itēdere p ſe et pro dulcedie diuia ⁊ poſtea actiōib⁹ nr̄is.

Capree ſūt eccleſie doctores Cerui ſunt prelati

## Lectio ii

Prius intēde tibi: deinde alteri.

Vox dilecti mei. Ecce iſte venit ſaliēs in mōtibus trāſiliens colles. ¶ Poſtꝙ̄ ſponſus inuitauit eccleſiam ad officium ſuſcipiēdum: vt ſuſciperet curā filioꝝ. Jn pte iſta iuitat ipſaꝫ ad tale offm̄ exequendū. Et circa hoc duo facit. qꝛ prio chriſt⁹ ad tale officiū exequēdū ecclīā iuitat. Scdo hui⁹ offm̄ declarat. ibi ⌊ ſurge amica mea ſpōſa. ⌋ Prīa diuidiur in tres ptes ſmꝙ chriſt⁹ triplicit̄ iuitat ecclīā ad dictū offm̄ exequēdū. qꝛ pmo iuitat eā ex pte ſua. ij. ex pte auditoꝝ. ibi ⌊ an dilectus me⁹. ⌋ Tertio ex pte auxiliorum. ibi ⌊ Vox turturis. ⌋ ¶ Circa primum notādū ꝙ prelatus in exequendo officium ſibi commiſſum quantum ad preſentia tria debet facere. Nam pmo ad ſupplendum ſubditorum defectum debet velociter currere. Secundo ad talem defectum cognoſcēdu m perſpicaciter ⁊ ardenter intendere. Tertio debet ſuos ſubditos diligenter inſtruere. Et quia hec

Chriſt⁹ tripliciter inuitat ſponſam ſuā eccleſiam ad exequēdūꝫ offm̄ ſuum.

oīa facit chriſtus: ideo p̄latus ex parte ipſius chriſti ⁊ exēplo ipſius motus debet circa ſubditos ſuos ſic ſe habere. Poſſet ergo ſic formari rō. Omnis chriſti actio eſt prelatorū inſtructio. ⁊ lȝ ſit inſtructio oīum chriſtianorum: eſt tamen potiſſime inſtructio prelatorum. ſed chriſtus ad ſubueniendū filijs velociter currit eorum defectum ꝓſpicaciter ⁊ ardēter ꝓſpexit ⁊ eos fideliter inſtruxit: ergo ⁊ tu eccleſia: tu ſponſa mea: tu prelate qui per ſponſam ⁊ eccleſiam deſignaris debes hoc facere. ¶ De hac aūt rōne non ponit niſi medium: ideo diuiditur pars iſta in ꝑtes tres ſ. ꝙ medium trahit. Nā primo oſtenditur ꝙ chriſtus ad ſubueniendum nobis velociter currit. Secundo ꝙ defectus noſtros ꝓſpicaciter ⁊ ardenter perſperit ibi. [Similis eſt dilectus meus]. Tertio ꝙ nos fideliter et vtiliter inſtruxit ibi. [En ipſe ſtat]. Dicit ergo primo. [Uox dilecti mei]. ſupple auditur in me: Ipſa enim audiebat in ſeipſa vocem dilecti ſui iuxta illud. Audiam quid loquatur in me dn̄s deus. Et qꝛ locutio interior quedam viſio dici pōt: vt dicit. Auguſtinus. 15. de trinitate. ideo ſi ſpōſa audiebat in ſeipſa dilectum ſuum aliquo modo videbat ipſū: ⁊ videns ipſum admirata de velocitate eius. et de ſollicitudine ipſius dicebat. [Ecce venit ſaliens in mōtibus tranſiliens colles. ]id eſt angelos patriarchas reges prophetas: de quorum ſemine deſcēdit chriſtus. In quo notatur magna et ſollicita velocitas chriſti ad ſubueniendum nobis. Qui tranſiens angelos venit in mundum deſcendēs ex ſemine patriarcharum regum et prophetarum: vt noſtro defectui ſubueniret. Quare autem angeli montes patriarche ⁊ reges colles dici poſſint de facili patet: ſi cōſiderentur altitudines angelorum patriarcharū ⁊

Oīs chriſti actio ē p̄latorū inſtructio.

Chriſtꝰ circa nos tria facit.

Ps. lxxxiiii. c. xi.

Chriſtus deſcēdit de ſemine ꝑriarcharū ⁊ prophetarum.

Mag̃ fuit xp̄i velocitas ad ſbueniendū nob.

Angeli dicūt mōtes ꝑriarche ⁊ ꝓ colles

regum.¶ Deinde cum dicit.

**¶ Similis ē dilect⁹ me⁹ capree hinuloꝝ ceruorum.**

Chriſtus ardēt defect⁹ nr̄os ītuet.

¶ Oſtēditur quomodo chriſtus defect⁹ noſtros ardenter ꝛ pſpicaciter intuetur. ꝛcōtinuatur ſic. Non ſolum audiui dilectum meū loquentē in me ꝛ audiendo ipſū: ſed vidi ꝙ tranſiliuit angelos| patriarchas| ꝛ reges| ꝛ venit ad nos. ſed etiam vidi ꝙ [ dilectus me⁹ ſimilis eſt capree. ] defectus noſtros ſubtiliter vidēdo. Rurſū [ ſimilis eſt hinnulo ceruorū. ] q2 ſecundum gloſam caprea ſubtilit̄ videt. Rurſum [ ſimilis eſt hinnulo ceruorum. ] defect⁹ noſtros ſubtiliter conſiderādo. Hinnulus eni ſm gloſam agiliter currit. vn̄ poteſt deſignari excellētia amoris xp̄i. Nā per amorem ferimur quocunꝙ ferimur: iuxta illud Auguſtini. xx. confeſſionum. Pes me⁹ amor meus: eo feror quocunꝙ feror. Et ſi mult⁹ ſit amor p ipſū agilit̄ ꝛ velociter ferimur. ¶ Deīde cū dicit.

Excellētia amoris xp̄i.

Pes animee ſt eius amor.

**¶ En ipſe ſtat poſt parietem noſtrum reſpiciēs per feneſtras: pſpiciēs p cācellos. En dilectū meus loquitur michi. Surge propera amica mea: columba mea; formoſa mea. ꝛ veni.**

Paries ē caro noſtra.

¶ Oſtenditur ꝙ chriſtus nos fideliter et vtiliter inſtruxit. vnde adhuc verba iſta ſunt verba ſponſe videntis ꝙ chriſtus [ ſtat poſt parietem noſtrum. ]. i. poſt carnem noſtram parat⁹ ad nos docēdū fideliter ꝛ vtiliter. Et ſtans poſt. [ parietem noſtrum ꝛ reſpiciens per feneſtras. ] id eſt per dicta prophetarū exponendo nobis. illa ſunt enim dicta prohetarum magis enigmatica ꝙ̄ ea que ſcribuntur in lege. iō

Dicā pphetarum ſūt magis obſcura ꝙ̄ legis.

talia dicta deſignantur[per cācellos.]Dicta vero legalia que ſunt magis aperta deſignantur[per feneſtras.]et tunc eſt ſupplenda ratio. Quia tu ſponſa videns me dilectum ſic feciſſe ꝛ habuiſſe diligentem curam filiorum: mei exemplo mota debes diligenter exequi officium tibi commiſſum ex parte auditorum. Et circa hoc duo facit. Quia primo ponitur blanda chriſti intentio. Secundo ſubiūgitur etiam viſitationis ratio ibi[Iam enim hyems abijt.] Dicit enim ſponſa[En dilectus meus loquitur michi.]ꝛ ait[Surge propera amica mea.]ꝓpter charitatem.[columba mea.]propter ſimplicitatem.[formoſa mea.]propter imaginis diuīe dignitateꝫ[propera.]ſcilicet[ꝛ veni.]exequendo officiuꝫ tibi commiſſum: habēdo curā filiorum tuorum. ¶ Deinde cum dicit.

Spōſāſponſo decet eſſe ſimilē.

**¶ Iam enim hyems tranſijt: imber abijt ꝛ receſſit.**

¶ Ponit rationem adhoc ex parte auditorum ꝛ intendit talem rationem. Quando materia eſt diſpoſita tunc eſt operandum: ꝛ tunc eſt inducenda ī eam forma debita: ſed auditores ꝛ filij tui ſunt nunc diſpoſiti ad audiēdum motionibus tuis. ergo debes ſurgere ꝛ properare ꝛ exequi officium tibi cōmiſſū circa eos: De iſta ratione ponit ſolūmediū oſtēdēs auditores eſſe diſpoſitos. Et duo facit ſecūdum ꝙ diſpoſitio dupliciter poteſt accipi ꝛ attēdi. Nam ꝑmo oſtendit auditores eſſe diſpoſitos ex contrariorum amonitione. Secunddo expoſitoruꝫ inductione ibi[Flores aparuerunt.]Continuatur ſic. Bene dico ꝙ debes ſurgere et miniſtrare filijs tuis: quia [hyems iam tranſijt]ideſt congelatio infidelitatis

Qñ materia ē diſpoſita inſtroducēda ē forma.

Diſpō pōt recipi duplr

Eccl'ia debꝫ miniſtrare filijs ſuis.

Hyems ē cōgelatio ī fidelitatis

que intelligitur per hyemem secũdũ gloſã receſſit a filijs tuis. propter quod filij tui habent diſpoſitũ affectum ad obediendũ. [Imber abijt ⁊ receſſit]. idest malitia intemperantie ⁊ voluptuoſitatis abijt ⁊ receſſit: propter quod filij tui habent diſpoſitum affectum ad obediendum doctrine tue. ¶Per imbrem enĩ qui eſt humidꝰ itelligitur voluptuoſitas: q̃ ſicut humidum vndiq̃ currit ⁊ non bene terminatur in termino proprio. ſic voluptuoſi ſm̃ quamlibet paſſionem currunt et non bene terminantur iudicio rationis: quod debet eſſe eorum frenum et terminus. ¶Deinde cum dicit.

Imber ſigt voluptuoſitatē.

Voluptuoſi nõ ſequũtur iudiciũ rationis

## ¶ Flores apparuerũt in terra noſtra: tempus putationis aduenit

¶Oſtendit auditores eſſe diſpoſitos ex parte conditionum propoſitorum. Et continuatur ſic. Bene dico ꝙ tu debes ſurgere: quia auditores ⁊ filij tui non ſolum ſunt diſpoſiti quia parati ſunt ad imitandũ: vel etiam dimiſerunt conditiones contrarias. Sed etiam videmus iam apparere in eis conditiones conuenientes et congruas. vnde [flores]. idest initia bonorum operum: vt exponit gloſa. [apparuerunt in terra noſtra.] idest ĩ filijs noſtris: quos quaſi terram debemus arare et colere. [tempus putationis aduenit.] quia ſunt in prompta diſpoſitione ad gaudium vel ad germinandum. ¶Et notandũ ꝙ nos dominus filios ſuos appellat terram ſuam: quia quod vni ex minimis fit ſibi reputat fore factum. In quo eius magna benignitas deſignatur. Deinde cum dicit.

Flores ſũt initia bonorũ operũ. Filij eccl'ie dicunt terra

Matth. xxv

## ¶ Vox turturis audita eſt in terra noſtra

¶ Adducit rōnē ex pte meritoꝝ auxilioꝝ. Intendit aūt talē rōnē. tūc hō dꝫ ſurgē ad opandū qñ videt ſi bi adeē mlta auxilia p quepōt cōſequi qđ intendit. Etqꝛ tu ſpōſa mea habes multa auxilia te auxiliātia ad miniſtrandū filijs tuis: ideo debes ſurgere ⁊ miniſtrare eis exequēdo officium tibi commiſſum. De iſta aūt rōne ponit ſolū virtutē medij: notās auxilia que habet eccleſia. Et circa hoc tria facit ſm φ talia auxilia tria ſunt videlicet auxilium diuinū ⁊ humanū. Humanū duplex. ſ. gētiliū et iudeoꝝ. qꝛ aliq ex iudeis cōuerſi erāt: ⁊ ad adiuuādū eccleſiaꝫ parati erāt de gētilibus ad hoc ideꝫ parati. ¶ Primo ergo narrat auxilium diuinum cum dicit Uox turturis. i. vox ſpiritus ſancti vt gloſa exponit audita eſt in terra noſtra. Nā ipſe ſpiritus ſanctus poſtulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus: vt dicitur ad Rom. viij. Et quia tantum auxilium habes ideo nō debes pigritare ad ſurgēdū. ¶ Scđo cū dit.

Tāgit rōq re ſpōſa dꝫ exequi officium ſuuꝫ.

Eccīa dꝫ miniſtrare filijs ſuis.

Spōſe auxilia ſūt tria

## ¶ Ficus protulit groſſos ſuos

¶ Oſtendit hoc idem ex parte auxilij iudeorum. Et continuatur ſic. Benedico φ tu debes ſurgere: quia ficus hoc ē ſynagoga: quo cōſueuit eſſe ficus propt dulcedinem diuini cultus. ptulit groſſos ſuos. i. protulit ficus ſuas: que licet non ſint mature omnino: ſed ſint groſſe: tamen prompti ſūt et parati ad te auxiliandum. ¶ Poteſt etiam hoc legi aliter ſed non mutatur exponendo proferre pro proijcere ⁊ abijcere: ſic ſinagoga protulit. i. proiecit groſſos ſuos. i. imaturitatē ficuū ſuarū. qꝛ iam habet aliqs ficus maturas promptas ad termināduin. Poteſt enim dici groſſus et groſſi fructus: qꝛ parent in ficu ante maturitatem. ¶ Deinde cum dicit.

Ficus ſigt ſynagoga.

Prelatꝰ circa offīm ſuū dꝫ tria facere.

¶ Vinee florentes dederunt odorē ſuum

¶ Oſtēdit tertio hoc idē ex parte gentiliū. Nam eccleſia debet ſurgere ꝛ exequi officium ſibi cōmiſſum. [Vinee florentes dederunt odorem ſuū.] q꞉ iam aliqui ex eis parati ſunt ad te inuandū. nulla igitur tibi remanet excuſatio q̄re tu nō debeas ſurgere ꝛ habere diligentem curā filiorū. Deinde cum dicit.

¶ Surge ꝑpera amica mea/ſpecioſa mea et veni. columba mea in foraminibus petre in caverna macerie

¶ Declarat chriſtus eccl'ie huius officiū exequēdū. Et duo facit. Quia primo oſtēdit ad q̄d eccl'ia debeat exequi officiū ſibi cōmiſſū: ꝛ ad q̄d debeat inducere filios ſuos. Secundo oſtendit quomō filios ſuos ad illud introducere debeat ibi[ oſtende mihi faciē.] Dicit ergo tu amica mea ꝑpter charitatem: ſpecioſa mea ꝑpter cordis ſimplicitatē. [Surge ꝛ veni in foraminibus petre.] i. in vulneribus chriſti. q꞉ ſcḋm Apl'm. 1. ad cori. 10. Petra aūt erat chriſtꝰ. Tūc ei venimus in foraminibꝰ petre quādo auditores inducimus ad conſiderationē paſſionis chriſti. Debet eccl'a venire[ in cauernam macerie ]. q꞉ debet filios ſuos inducere ad veritatem fidei. Nam ſcḋ glo ſam maceria eſt congeries lapidum compoſitoꝝ i muro ſine cemento. ſic fides nr̄a articulos ꝛ ſnīas cōtinet ſine cemēto rōnis. Et iō cām colligare nō pōt. Attamen omnes articuli colligantur in vnum: q꞉ vel ꝑtinet ad diuinitatē. vel ad humanitatē chriſti: ꝛ diuinitas ꝛ humanitas plene fuerūt in vna ypoſtaſi chriſti. ideo ſingulariter dicit[ in cauerna macerie.] Nam cauerna ſignificat locum imū ꝛ cauū: q꞉ humiliter debemus ſuſcipere veritatē fidei et ca-

Foramīa petre ſūt vl'nera xp̄i

Eccl'ia d3 īducē filios ſuos ad v̄itatem fidei.

Fides nō īnitiᵗ ratiōi naturali. ij. ij. q. pᵃ.

Ubi s. ar. vij Diuinitas ꝛ humanitas p̄ſe fuerūt in xp̄o

ptiuare i intellectū noſtrū in obſequiū chriſti. Pro= pter qđ apparet ad qđ debeat eccleſia ſuſcipere cu= rā filiorū q̄a ad duo. Primo vt inducat eos ad me= ditandā paſſionem chriſti: qz dicit Criſo. in quodaʒ ſermone de paſſione chriſti: ꝙ crux chriſti eſt phil'ia chriſtianorū: vt ſic recolēdo acerbitatem paſſionis chriſti nō vadat poſt laſciuias ſuas: in quo notatur bonitatis affectus. Secundo debet eos īducere ad veritatem fidei: ne vadant poſt errores ſuos. i quo notatur bonitatis intellectus. ¶ Deinde cum dicit.

ꝓme corīth.x
Paſſionē xp̄i meditāde bē mus.
Crux chri= ſti eſt philo ſophia chri= ſtianorum.

**Oſtende michi faciem tuam/ ſonet vox tua in auribus meis. Vox eniʒ tua dulcis/ et facies tua decora.**

¶ Oſtendit quomodo eccleſia ſiue prelatus poſſit in ducere filios ſuos ad ea que dicta ſūt. ¶ Ad cui⁹ eui dentiam notandum ꝙ prelatus dupliciter debet in= ducere ſubditos ſuos ad bonum. exemplo ſcilicet ꝛ verbo: iuxta illud Actuum primo. Cepit ieſus face= re ꝛ docere. Et inquantum prelatus dat bonuʒ exē plum ſubditis ſuis inducit eos ad bonum ꝛ ad bo= nitatis affectum ſiue ad foramina petre: qz inducit eos vt conſiderent paſſionem chriſti: ꝛ non vadant poſt affectiones malas. Sic faciebat Ap'l'us. i. Co rin. II. Imitatores mei eſtote ſicut ꝛ ego chriſti. In= quantum vero predicat eis inducit eos ad verita= tem fidei ſiue ad cauernam macerie: qz oſtendit eis quid credendum: et quid non credendum. Nam etſi verbo inducitur quis ad bonos mores: hoc eſt in= quantum predicatio preſupponit bonam vitā pre dicantis. Quia vt dicit Gregorius. Cuius vita deſ picitur neceſſe eſt vt eius predicatio contemnatur. Unde apparet ꝙ ea que dicuntur conſonāt eis que

Prelat⁹ dʒ īducere ſub ditos ſuos ad bonū ex= plo ꝛ verbo prio exēplo
Scđo v̄bo
Predicatō p̄ſupponit bonā vitaʒ p̄dicantis.

prius dixerat. Dicit dominus ipſi eccleſie vel prela
to. [Oſtende michi faciem tuam.] i. oſtēde filijs me
is quos tibi cōmiſi faciem tuam. i. bonū exēplū
de te bene viuendo. Dicitur autē ipſum bonū exē=
plum facies: quia ſicut facies eſt in aperto: ita bōa

Bonū exē plū dr̄ faci es.

opera prelatorum debēt eſſe in aperto: vt inducant
filios ſuos ad bonum: iuxta illud Math. v. Sic lu=
ceat lux veſtra corā hoībus vt videāt opera veſtra
bona ⁊ glorificent patrem veſtrum qui in celis eſt.
Et addit: [Sonet vox tua in auribus meis.] ideſt fi
lij mei audiant tibi commiſi vocem predicationis
tue. Quod enī eccleſia facit filijs ſuis ſibi commiſ
ſis chriſtus reputat ſibi factum. Addit autē cauſā
ei⁹ quod dixerat dicēs. [Vox enim tua dulcis. quā=
do ꝓponis filijs meis verbū. [⁊ facies tua decora.]
quando tribuis eis bonum exemplum. ¶ Deinde
cum dicit.

## ¶ Capite nobis vulpes paruulas q̄ demoliuntur vineas. Nā vinea noſtra floruit.

Chriſtus inuitat eccl'iā ad quatuor

¶ Inuitat xp̄s eccleſiā ad hereticos extirpādos: et
quatuor tāgit. Nā primo dicit hereticos capiēdos
cum ait. [Capite nobis vulpes.] ꝓpter fraudulēti=
ā qꝛ latēt inſidiāt doctrine ſane. Secūdo aſſignat
tēp⁹ captionis cū ait [paruulas.] qꝛ quādo heretici
īcipiūt pululare ⁊ ſūt paruuli tūc ſūt capiēdi. i. ſunt

Heretici ſūt ꝯuicendi p doctrinam.

cōuicēdi p doctrinā ſanam. qꝛ poſtq̄ cōfirmati ſunt
ī errore ſuo nō ita de facili ꝯuertūt. vel ſūt capiē=
di ad lrā: qꝛ ſūt tollēdi de medio ne eccl'iā deſtruāt.
Et iō tertio ſubdit captiōis rōnē cū ait. [que demo

Hętici eccl'iam dſtruūt

liūt vineas.] Nam ꝓpterea capiēdi ſūt ꝓpter dam
na q̄ īferūt: qꝛ eccl'iā deſtruunt. Quarto addit com
moditatē dānificandi cū ſubdit. [nam vinea noſtra

floruit.] Eſt enim hec cauſa quare heretici habent commoditatem ad damnificandū: q2 vinea ideſt eccleſia primittiua de qua ſapiēs loquitur. Pōt etiā verificari adhuc quantum ad eos qui non ſunt in fide ſolidati. ¶ Deinde cum dicit.

**¶ Dilectus meus mihi: et ego illi**

¶ Poſtq̄ poſita eſt multiplex chriſti imutatio: hic vt dicebat ponit eccl'ie famulatio. Et diuiditur pſiſta in tres ptes. Quia p̄mo ponit eccl'ie famulatio. Secūdo ſubdit famulatiōis rōnem: ibi. [Qui paſcit inter lilia.] Tertio ne eccleſia ī tali famulatu poſſit deficere implorat ab ea chriſti ſubuētio: ibi. [Reuertere dilecte mi: ſilis eſto.] Cōtinuet ſic. [Dilect⁹ me⁹ mihi]. ſupple loq̄tur vt meis filijs adminiſtrē: et vt hereticos capiā. [et ergo illi]: ſupple ſū parata obedire. in quo notat eius famulatio. ¶ Deinde cum dicit. — *Hic ponit eccleſie famulatio.*

**¶ Qui paſcitur inter lilia donec aſpiret dies et inclinentur vmbre**

¶ Aſſignat rōnem ſue famulationis. Eſt ei xp̄o obediēdū: q2 obedientes ei ſunt lilia hn̄tes cādorē mūditie. Cōtinuat igitur ſic. ideo ſponſo meo obedire volo: q2 ipſe eſt. [q̄ paſcitur inter lilia]. i. inter mundas mentes ſibi famulātes: ppter qđ vt munda ſim ſemp illi obedire volo. [donec inclinent vmbre]. i. donec ceſſet enigmata cognitio que eſt in hac vita. [et aſpiret]. i. illuceſcat. [dies]. ſ. eternitatis: in quo deſignat q̄ qui ſemp deſiderat mūdus eē ſemper dz chriſto obedire. Nā ſupple ſemp paſcitur inter lilia et diligit mūdas mentes q̄diu durat preſens vita: multomagis hoc vult in futura vita: ita q̄ li donec ibi teneat īcluſiue nō excluſiue. ¶ Deinde cū dicit. — *Chriſto eſt obediēdum pp mūdiciā.* — *Lilia ſūt mētes munde.* — *Chriſtus diligit mūdas mentes.*

¶ Reuertere: ſimilis eſto dilecte mi capree hinnuloq; ceruorũ ſuper montes bethel.

¶ Implorat eccl'ia chriſti auxiliũ ⁊ ſubuẽtionem vt poſſit aſſidue famulari. Et cõtinuat ſic. Tu dilecte mi [q̃ habitas ſup mõtes bethel.] i. ſuper angelos. Bethel enĩ ĩterpretatur dom⁹ dei: vel habitaculum dei. vnde mõtes bethel ſignificãt eos q̃ in domo dei tenẽt altũ gradum. Tu autẽ dilecte mi qui es ſuper eos. [reuertere.] i. ſi p aliquã negligẽtiã ↄtigat me ad te diuertere: tu tñ reuertere ad me: ⁊ me adiurãdo vt ad te redeã et tecũ maneam. [ſimilis eſto capree.] habet acutũ viſum nr̃os defectus miſericorditer aſpiciẽdo. Et etiã [eſto ſimilis hynnuloq; ceruorum.] qui mouetur agiliter. ita tu meis defectib⁹ ne vltra procedant ſuccurre velocit'.

Eccl'ia implorat xp̃i auxilium.

Caprea hz viſũ acutũ

## Capitulũ tertium Lectio i.

IN lectulo meo per noctem queſiui quẽ diligit aĩa mea. Queſiui illum et non inueni.

SIcut dictũ eſt ſupra eccleſia reſpectũ filiop duplicit' turbatur Primo q̃tum ad exteriores turbationes ſcdo quãtũ ad ĩteriores diſtractiões: finita pte illa vbi egit de exterioribus tribulationibus: nũc determinat d' interioribus diſtractionibus. Et diuidit' pars iſta in tres ptes. q2 p̃mo ponit' huius diſtractio. ſeccunda ſubiungit' chriſti cõpaſſio ibi [Adiuro vos.] tertio ĩponit' finis iſti tractatui in quo determinat' de primitiua eccleſia: vñ ſubĩfertur dicte eccl'ie cõmẽdatio: ibi [Que eſt iſta.] Diſtractio autẽ eccl'ie ſiue plati ſic eẽ habet: q2 ipſe exteriores ſollicitudines quibus curã filiorũ gerit: ita eã occupãt q̃ qñ vult

Eccl'ia dupl'r turbat'.

De diſtractiõibus interioribus

Prelat⁹ pp exteriores occupatiões

redire ad cõſciam multotiẽs inuenit ſedeficere ab il la dulcedine quã prius hẽbat. vñ querit ĩ lectuloſuo chriſtũ et nõ inuenit. Et qñcũqꝫ hoc ei ꝯtingit debꝫ ſurgere ⁊ eũ querere per vicos ⁊ plateas ciuitatis. .i. ꝑ oĩa deſideria ⁊ opa que fecit ⁊ que concupiuit. vtrũ aliquid ꝯcupierit vel egerit qḋ chriſto diſplicuerit ꝓpter qḋ ſentiat ſe ad diſtractũ in ꝯſcientia. Et cũ hoc agit vigiles ciuitatis. .i. vane cogitationes iuenerũt ipm: q̃s debet ꝑtranſire quia ĩ talibus cogitationibꝰ nõ iuenitꝛ chriſtus. Et talibus pertrãſitis ipſe iuenit chriſtũ: ⁊ hoc qꝛ ſe hñt ꝑ ordinẽ. Ideo ꝑsi ſta diuiditꝛ in ꝑtes q̃ttuor. Quia pͥmo ponitꝛ ad cõſciam reuerſio ſcḋo ponitꝛ chriſti iq̃ſitio ibi ſurgã ⁊ circuibo. Tertio variarũ cogitationũ currẽtiũ occupatio. ibi iuenerũt me vigiles. quarto chriſti iuẽtio ibi paululũ cũ ꝑtrãſirẽ eas. Cõtinetꝛ ſic. Ego p̃latus vel eccl'ia poſt adminiſtrationẽ ⁊ vitã actiuã volẽs redire ad dulcedinẽ cõtẽplationis in lectulo meo. .i. cõſcĩa mea. queſiui per noctẽ. .i. tpe ꝯgruo. videlꝫ tpe ſilẽtij: cuiuſmodi eſt tempus noctis. Queſiui quẽ diligit aĩa mea queſiui illũ ⁊ eũ iueni. .i. ꝗa iueni me diſtractũ ⁊ ꝯturbatũ in cõſciẽtia mea ꝓpter exteriores occupatiões. In q̃ habetur ad cõſciẽtiam reuerſio: quõ p̃latꝰ poſt actionẽ redit ad cõſciẽtiã vt ibi chriſtum [illegible]itat. ¶ Deinde cum dicit.

aliqñ amittit dulcedinem chriſti

In vanis cogitationibus non inuenitꝛ xp̃us

Perturbata ꝯſcia nõ inuenit xp̃m.

**¶ Surgam ⁊ circuibo ciuitatem per vicos ⁊ plateas querã quem diligit anima mea.**

¶ Ponitꝛ ſpõſe iq̃ſitio ad iueniendũ. Et ꝯtinuatꝛ ſic. Rediẽs ad ꝯſciaꝫ meã q̃ſiui xp̃m ⁊ nõ iueni. vñ vt vt eũ iueniã adhuc q̃rã. Surgã ⁊ circuibo ciuitatẽ. .i. ꝑactualẽ ꝯſiderationẽ ꝑq̃rã ꝯſciaꝫ meã. ⁊ per

vicos ꝛ plateas ]. i. per oi̅a dicta deſiderata ꝛ fctá q̄ egi dixi ꝛ ꝯcupiui: vtrū aliq̄d egerim qḋ diſplicuerit ſibi: ꝛ ſic faciendo chꝛiſtū [ querā quez diligit anima mea ]. Nā ſiquis poſt actionē non pōt redire ad dulcedinē cōtemplatiōis dz cogitare ꝙ forte i̅ aliquo d̄liquit: ꝑpter q̄d ſolitā dulcedinez nō ſentit. Et iō dz ciuitatē. i. ꝯſciaz totaliter ſcrutari. ¶ Notandū autē ꝯſciam eē lectulū in quo chꝛiſtꝰ requieſcit: qꝛ ſtratum coangustatū eſt q̄a nō pōt iacere niſi vnus. ſ. chꝛiſtꝰ vel diabolus. Iſa. 28. Coāguſtatū eſt ſtratū vt alter decidat ꝛ paliū breue vtrū q̄ opire nō pōt. Sed ſi cōſideremus cōſciam ꝛ coꝛ nr̄m quantū ad gn̄a pctōꝝ quę ibi eē pn̄t: ſic eſt ciuitas diſtincta per vicos ꝛ plateas. i. per delicta maioꝛa et per minoꝛa. ¶ Deinde cum dicit.

Qui dulcedinē ꝯtēplatiōis amittit cogitet ꝙ forte contra deū aliq̄d cōmiſit. Cōſciā bona eſt ſtratū chꝛiſti. Coꝛ hoīs xp̄m ꝛ diabolū tenere nō poteſt.

**C Queſiui illum ꝛ nō inueni. Inuenerunt me vigiles qui cuſtodiunt ciuitatez. Num quem diligit anima mea vidiſtis?**

¶ Ponit̄ vanaꝝ cogitationū occupatio. Continuetur ſic. Ad ꝯſciam meā redij: chꝛiſtum [ per plateas ꝛ vicos queſiui. Queſiui illū ꝛ nō inueni ]. ꝛ eſt cauſa quare. [ Quia vigiles ciuitatis ]. i. vane cogitationes [ qui cuſtodiunt ciuitatē me inuenerūt ]. ideo eis occupata c[hꝛi]ſtū non inueni: qꝛ vix poſſimus dicere vnū pater nr̄: quin vane cogitationes nos non inueniant. q̄re tales cogitationes dicuntur vigiles ciuitatis: qꝛ ſemꝑ ſunt parate ad capiendū ꝛ occupandū nos. Sed qn̄ tales vigiles ſeu cogitatiōes occupāt nos debemus eas derelinquere: quia in talibus cogitationibus non inuenitur chꝛiſtus. ideo yronice talibus vigilibꝰ dicitur [ nunquid vidiſtis ]. chꝛiſtuz: [ quem diligit anima ]. ¶ Deinde cum dicit.

Uix vnum pr̄ nr̄ dicere poſſumus abſq̄ cogitationibus vanis.

¶ Paululum cum pertranſiſſem eos: inueni quem diligit anima mea.

¶ Ponitur primo chriſti inuẽtio. Secũdo eius apprehẽſio: ibi [ tenui eum. ] Cõtinuetur ſic. Ita iuenerũt me vane cogitatiões ſeu vigiles ciuitetis. Sed cũ ptrãſiſſez eas. ſcilicet dereliquẽdo. [ inueni. ] chriſtum. [ quem diligit anima. ] ¶ Sciat enim quilibet ꝙ ſi ad ↄſcientiã ſuam redit ⁊ eam diligenter inqrit ⁊ vanas cogitationes dimittit: ꝙ his peractis chriſtum inuenit. ¶ Deinde cum dicit.

Dimiſſis vanis cogitatiõib⁹ iuenit xp̃s.

¶ Tenui eum nec dimittam: donec ĩtroducam illum in domum matris mee/ ⁊ in cubiculum genitricis mee.

¶ Ponit xp̃i apphẽſio. Et oſtẽdit p̃mo ſe apphẽdiſſe fortier cũ dicit [ tenui eũ. ] q̃ſi dicat nõ q̃litercunqȝ recepi ipſũ: ſed fortiter apphendi ip̃m: tenẽdo illũ. Sc̃do oſtẽdit ꝙ eũ apprehẽdit pſeuerãt cum ſubdit [ nec dimittã. ] q.d. inceſſanter tenebo ipſuȝ. Tertio innuit ꝙ apprehẽdit eũ vtiliter cũ ſubinfert [ donec introducam illum in domum matris mee. ] quantũ ad maiores. [ ⁊ in cubiculum genitricis mee. ] quantũ ad minores. Sic debet facere eccl'ia q̃ſi bona mater: ꝙ poſtꝙ iuenit chriſtũ dȝ eum tenere ⁊ nõ dimittere donec ĩtroducat eum in corda filiorum maiorꝝ: qui ſũt dom⁹ m̃ris ſue. i. dom⁹ gr̃e: q2 gr̃a ẽ mr̃ oiuȝ cũ ab ea habeam⁹ eẽ ſpũale. Dicunt eni maiores filij eccl'ie: dom⁹ gr̃e: q2 pl⁹ hñt de gr̃a. Sic etiã dȝ eccl'ia ĩtroducere xp̃m ĩ corda filiorꝝ minorꝝ: q̃ dicũtr cubiculũ genitricis. i. cubiculũ gr̃e: q2 min⁹ hñt de gr̃a. Cubiculũ eni ẽ domũcula pua. ¶ Notandũ aũt ꝙ eccl'ia nõ ĩtendit chriſtum ĩtroducere in maiores ⁊ in

Spõſa apphendit xp̃m ĩtiplr. p̃mo fortir. ij. pſeuerãt. tertio vtilr.

Eccl'ia dȝ face circa fideles ſuos ſic mr̃ circa filios ſuos.

Gr̃a dat eſſe ſpũale aie. i.ij. q.i ij. ar. ij. ⁊ i q̃õnib⁹ d v̄itate. q. xxvij. ar. vi.

Qui nō hȝ dei grãȝ nō ē chriſti habitaculum.

minores quaſi chriſtuȝ non habeant. qꝛ ſic non eſſe domus ꝛ habitaculū grē: ſed vt ipſa in contemplatione gaudeat de donis grē maiorum atqꝫ minorū. Pōt etiam intelligi vt per talem introductionē aliqui fiant domus grē: ꝛ ſic maiores. ꝛ aliqui habitaculum: ꝛ ſic minores. ¶ Deinde cum dicit.

**℄ Adiuro vos filie hieruſalē p capreas ceruoſqꝫ cāpoꝝ: ne ſuſcitetis neqꝫ euigilare faciatis dilectam: donec ipſa velit.**

Chriſti cōpaſſio erga prelatos.

¶ Ponit xpi cōpaſſio. Nā videns chriſtꝰ ecclaȝ ſiue prelatū per exteriores occupationes aliqn̄ diſtrahi i cōſcientia ei cōpatiēs ait [adiuro vos] .i. obſecro [filie hieruſalē] q̄rū curaȝ hēt prelatꝰ. [per capreas ceruoſqꝫ cāpoꝝ] .i. propter ipſos p̄latos vt ſupra expōſitum eſt. [ne ſuſcitis a ſōno] .ꝯtemplatiōis. [nec euigilare faciatis] .a quiete dulcedinis: [dilectaȝ] eccleſiam. [donec ipſa velit]. ¶ Notandū āt bis adiuraſſe filias hieruſalem ne euigilare faciant a ſomno contemplationis eccleſiam matrē eoꝝ. ¶ Dupliciter pñt errare ſubditi circa curā prelati. Primo ſi crederēt qꝫ p̄lati p̄mo deberēt itēdere eis q̄ ſibi: ꝓpter hoc dictū fuit p̄mū. [adiuro] .2. ſi crederent qꝫ poſtq̄ p̄latus incipit itēdere eiſqꝫ nō deberet redire ad cōtēplationē intēdendo ſibi: ꝛ ꝓpter hoc xp̄s ſecundo filias hierlꝫ adiurat vt ꝑmittant matreȝ ſuā in contemplatione perſiſtere. ¶ Deinde cum dicit.

Subditi dupliciter errant iudicādo p̄latos ſuos.

**℄ Que eſt iſta que aſcēdit per deſertū ſicut virgula fumi ex aromatibꝰ mirre ꝛ thuris, ꝛ vniuerſi pulueris pigmentarij?**

Laus i fine canēda eſt

¶ Nolēs imponere finē huic tractui i quo deſcribit ſtatꝰ primitiue ecclie. Et qꝛ laus eſt potiſſime i fine

canēda iō ſponit finē tractui in cōmēdatione eccľie p̄mittiue q̄tupľr. Primo ab aſceſu. eſt eni laudabile aſcendere: ꝛ quātū ad hoc admirās ait.[ Que eſt iſta que aſcendit.] Scđo cōmēdat a loco aſcēſus cuꝫ ſubdit[ per deſertū.] Nā ſi laudabile eſt aſcēdere qlitercūqꝫ: laudabilius tñ eſt aſcendere ꝑ deſertū: vbi ſunt ſpine ꝛ ipeditiua. qꝛ ſūme laudis eſt bene cōuerſari in medio nationis praue ꝛ ꝑuerſe. Tertio cōmēdat eā a mō aſcēdēdi cū ait[ ſicut vⁱgula fumi ]. Virgula ei fumi eſt eccleſia agilis ad aſcēſū lꝫ ſit nigra ꝛ obſcura. Sic eccľia p̄mitiua obſcura erat exteriꝰ: erat tñ agilis ꝛ erecta iterius. Quarto cōmendat eā a carnis mortificatione cū ait[ ex aromatibꝰ mirre.] Mirra enim amara eſt ꝛ ſignificat mortificationem carnis: vt dicit gloſa. Fumus ergo cui aſſimilatur eccľia ſurgit ex aromatibꝰ mirre: q̄ a deo placē nitiť cū carnis mortificatione. Gal.5. Qui ſūt xp̄i: carnē ſuā crucifixerunt cū vitijs ꝛ ꝯcupiſcētijs. Quinto cōmēdat eā ab orōnis deuotione ꝛ vⁱtutū plenitudine cum dicit[ ꝛ thuris ꝛ vniuerſi pulueris pigmētoꝝ ]. vt gloſa exponit. Jta vt odor thuris referatur ad orōnē. vniuerſitas vō pulueris aromatici ad plenitudinem virtutum Lectio. ij.

Chriſtꝰ cōmēdat eccleſiā p̄mittiuā q̄ntupliciť. i. ab aſcēſu. ij. a loco aſcēſiōis

iij. a mō aſcēdendi.

iiij. a carnis mortificatione.

Deo placēre nititur q̄ carnis mortificatione ſequitur.

v. ab orōis deuotione.

**S**ꝑ lectulū ſalomōis ſexagīta fortes ambiūt ex fortiſſimis iſrael

¶ Finito tractatu i q̄ determinať de eccleſia p̄mitiua Hic icipit tractatꝰ i quo determinať de eccľia moderna. Et ſič i p̄mo tractatu p̄mo deſcribebať eccľia p̄mittiua ꝛ poſtea finiebať dictꝰ tractatꝰ in laudē eccľie cū dicebať.[ que ē iſta que aſcēdit ]. Sic i ꝑte iſta p̄mo deſcribiť ſtatus eccľie moderne. ij. finiť tractatꝰ eiꝰ in laudē ipſius

Hic tractatur de eccleſia moderna

ibi.[Que e iſtaq̃ ꝓgredit.]Pria ps diuidit i ptes duas.qꝫ pmo deſcribit pñs eccl'ia q̃tũ ad ei⁹ diuerſitatẽ.ſecũdo quantũ ad ei⁹ ꝟitatẽ ibi.[pulchra es amic a mea.]circa pncipiũ ſexti capituli. Pria ps diuidit in duas.qꝫ.pmo deſcribit ſtat⁹ eccl'ie quãtũ ad vitã cõtẽplatiuã.ſecũdo quãtũ ad vitã actiuam [Ego dormio et cor meum vigilat.]Pria ps diuidit in duas.qꝫ pmo deſcribunt ea que reqrunt ad cõtẽplationẽ.ſecũdo vidẽs eccl'ia per ſeipſam non poſſe in ipſisꝑſiſtere implorat chriſti ſubuẽtionem ibi[veniat dilect⁹ meus.]in pncipio.v.capl'i.¶Cõtẽplatiua autẽ vita tria debet habere. Nã pmo debet ꝯuerti ad deũ.ſecũdo dꝫ relinquere mũdũ.tertio dꝫ patiẽter ſuſtinere tẽtationes.Jdeo ps iſta diuidit in ptes tres.qꝫ pmo oſtẽdit eccl'ie ad chriſtũ cõuerſio.ſecũdo ꝙ ei ꝯuenit mundi derelictio ibi.[Quã pulchra es.]in pncipio q̃rti capl'i.tertio ꝙei cõgruit tẽtationũ tolleratio ibi.[ꝙpulchre ſũt mãme tue.]vltra medietatẽ dicti capl'i. ¶Propt pmũ notãdũ ꝙ totũ bonũ qꝺ eſt i eccl'ia quãtũ ad icipientes ꝛ proficientes totũ eſt a chriſto:ꝛ ideo dignũ eſt vt conuertamur ad ipm a quo tãta bona habem⁹. Poteſt ergo ſic formari rõ.Quilibet dꝫ ad illũ cõuerti a quo habet oĩa ſua bona. ſed eccl'ia oĩa ſua bona hẽt a xp̃o ergo ad ipm dꝫ ꝯuerti. Jn iſta rõne ſic ꝓcedit.qꝫ pmo oſtẽdit xp̃m oĩa ſua bona ꝯtuliſſe eccl'ie ꝓpter filias hierl'm.ſcꝺo ex hoc ꝯcludit ꝙ ipẽ filie ſyon ꝯuertant ad chriſtũ ibi[Egredimini filie ſyon ꝛ videte.]Pria ps diuidit in tres ptes. qꝫ primo oſtẽdit eẽ a chriſto bona icipiẽtiũ:et hoc ſub figura ibi[Lectulũ ſalomonis ꝛc.]ſcꝺo oñdit eẽ ab eo bona ꝓficiẽtiũ:ꝛ hoc ſub figura ferculi ibi.[Ferlũ ſibi fecit.]tertio oñdit eẽ ab eo bona ꝑfectorũ ꝛ

Pulchra diuiſio ſequẽtis textus.

Vita ꝯtemplatiua tria debet hẽre.

Totum bonũ qꝺ eſt in eccleſia eſt in chriſto eius ſpõſo

Quilibꝫ debet ad chriſtum cõuerti a quo ſũt oĩa bona.

hoc ſub methaphora reclinatoriũ aurei:ibi[reclina toriũ aureũ.]¶Notandum autẽ incipiẽtes in eccleſia potiſſime idigere cuſtodib⁹ ne diabol⁹ ⁊ male tẽtationes eos inuadãt: ⁊ q̃ſi imbecilles ſugent: ppt qđ apparet maxima benignitas chriſti:⁊ ꝙ ipſe multũ diligit bonũ incipientiũ qñ dignat eis dare cuſtodes.¶Et q̃z tria ſũt gñā hui⁹ cuſtodientiũ:ideo diuidit ps iſta in ptes tres.Quia p̃mo oſtẽdit hui⁹ incipiẽtes eẽ cuſtoditos per annũciantes veritatẽ vite.2.per annunciantes veritatẽ doctrine ibi[Oẽs tenentes gladios]3.per annunciantes veritatẽ iuſticie: ibi[vnicuiuſq₃ enſis].Continuat ſic.Primitiua eccleſia multũ vexata fuit:ſed modernã eccleſiã videm⁹ eẽ in tranquillitate q̃z[en]pro ecce ipſos de quibus minus videt vidẽm⁹ eẽ[lectulũ ſalomonis].q̃z i eis quieſcit chriſt⁹.Et huiuſmodi lectulũ.[ambiunt]. i.cuſtodiũt.[ſexaginta fortes ex fortiſſimis iſrael.] i.annunciantes veritatẽ vite:q̃z fortes ⁊ nõ molles per tẽtationes debẽt eẽ qui volũt p̃dicare de moribus.¶Et notandũ ꝙ nũerus iſtorũ cuſtodũ.ſ.nũer⁹ ſexagenari⁹ bñ cõpetit officio.Nã ſexagenarius numerus cõſtituat ex ſenatio ducto per denariũ: p qđ intelligitur veritas vite hoc mõ:q̃z vere ⁊ iuſte viuimus ſi per ſex dies qbus opari debemus.i.per totũ tẽpus vite nr̃e qđ intelligit per nũerũ ſenariũ q̃ eſt nũer⁹ pfectus:obſeruamus decẽ p̃cepta decalogi.¶Signãter aũt eſt notãdũ ꝙ ſalomon incipiens tractare de moderna eccleſia: incipit a lectulo. i.a quiete: q̃z iam ceſſauit perſecutio. ¶Deinde cum dixit.

Incipiẽtes idigent cuſtodibus.

Chriſt⁹ multũ diligit incipientes.

Tria gñā cuſtodiẽtiũ icipientes. Annunciãtes veritatem vite. annũciãtes veritatẽ doctrine: Annũciantes veritatẽ iuſticie.

Predicantes de moribꝰ debẽt eẽ fortes in tẽtationib⁹.

## Oẽs tenẽtes gladios/⁊ ad bella doctiſſi;

¶Oſtẽdit hui⁹ icipiẽtes eẽ cuſtoditos p annũciãtes

veritatem doctrine. ⁊ cōtinuat ſic. Huiꝰ fortes nōſo lū ſūt ſexagita ſm ꝙ annūciāt ỽitatē vite. [ſʒ oēs ſūt ad bella doctiſſimi tenētes gladios. ]doctrie ſacre. Juxta illud Eph. vlt. Et gladium ſpiritus quod eſt verbum dei. ¶ Deinde cū dicit.

**℄ Uniuſcuiuſqꝫ enſis ſuꝑ femur ſuum. ꝓpter timores nocturnos.**

¶ Oſtendit ꝙ incipientes cuſtodiūtur per eos qui annunciant ỽitatem iuſticie. Naʒ non ſufficit ꝙ aliquis ꝑdicet de moribus annūciādo ỽitatem vite: vel ꝙ predicet de fide annunciādo ỽitatem doctrie. Sʒ oportet eum annūciare veritatē iuſticie eſſe: vt faciat qđ dicit ⁊ credat quod docet qꝛ iuſtum eſt vt aliquis talis ſit in ſe. q̄lem predicat aliū debere eē. Ideo ꝑdicatores qui debent cuſtodire lectulū ſalo monis ſiue incipiētes debēt tenere enſē non in ore tm̄ vt dicant et non faciāt. [ſed vniuſcuiuſqꝫ enſis.] debet eē. [ſuper femur ſuuʒ. ]ꝯſtringēdo femora ſua viuendo caſte ⁊ obſuādo que predicant. Addit aūt cauſam q̄re lectulum ſuum chriſtꝰ vult ſic cuſtodiri. cū ſubdit. [ꝑꝑ timores nocturnos. ]i. ꝑꝑ īpugnationes diabolicas et alias tentationes malas. ¶ Dei de cum dicit.

Predicator faciat que ꝑdicat.

Predicator caſte viuē dʒ

**℄ Ferculū fecit ſibi rex ſalomon de lignis libani. Columnas eiꝰ fecit argenteas.**

¶ Oſtendit bonuʒ proficientiū eſſe a xp̄o. Ad cuius euidentiam notandum: ꝙ incipiētes dicuntur lectu lus. quia in eiſdē q̄ſcit chriſtus. nō tamē ſunt ferculū qꝛ nō ferūt xp̄m ad alios gn̄ando ip̄m ī cordibꝰ alio rū. Proficientes autem ſunt ferculum. i. portatorium: qꝛ chriſtū portāt ⁊ deferunt vſqꝫ ad alios. Tāguntur autem tria bona proficiētium, quorum primuʒ

Proficiētes portāt xp̄m.
Tria bona ꝓficientiuʒ.

ſumitur in ordine ad deum.q̄ uod notatur cuȝ dicit.[ Ferculum fecit ſibi rex ſalomon.] .i. ordinatum ad ſeipſum qui eſt verus deus. Secundo tāgitur bonū quod habent proficientes in ordine ad ſeipſos: cum ſubdit.[ de lignis libani.] i. de lignis albis: quia in ſeipſis debent eſſe mundi. Tertio tangitur bonūq̄ꝺ habent in ordine ad proximos: cuȝ ſubdit.[ Columnas fecit argenteas.] Nam qui ſunt proficiētes debent habere columnas argēteas alios ſuſtētando ⁊ eis veritatem annūciādo: qꝺ notatur per argentuȝ qꝺ ē metallū ſonoꝝ. ¶ Deinde cum dicit. Proficiētes debent ꝟitatē alijs nunciare.

**Reclinatorium aureum: aſcenſum purpureum: media charitate conſtrauit: ꝓpt filias hieruſalem.**

¶ Deſcribit perfectos. Adcuius euidētiā notādū ꝙ ferculūꝺꝛ in quo magis aliquis portaꝛ et ꝺꝛ a fero fers: qꝛ quieſcenteȝ fert. Reclinatorium autē eſt ſuprema ps huiꝰ ſedis in qua reclinaꝛ et q̄eſcit caput ſedentis. vn̄ ꝑ reclinatoriuȝ deſignaꝛ ꝑfecti qui tenēt ſupremū gradū in eccleſia. Bonum auteȝ iſtoꝝ deſcribitur tripl'r. Primo quantū ad ſitū quē tenēt qꝛ altum ⁊ clarum ſiue ſplēdidum. qꝺ notaꝛ cuȝ ꝺꝛ. [Reclinatoriū aureum.] Secūdo deſcribitur quātū ad viā ꝑ quā ad talem ſitū aſcēdūt: cū diciꝛ [aſcēſuȝ eiꝰ purpureum.] Purpura eniȝ ex ſāguie piſcis cōficiꝛ. vnde gloſa īfra. viij. ait. Cōche maris ferro circūciſe lachrymas purpurei coloris emittūt: quibꝰ collectis ticturapurpurei coloris efficiꝛ. vn̄ ꝑſignāt paſſionē xp̄i rōne effuſiōis ſāguinis: que paſſio eſt via deueniēdi ad ſtatū ꝑfectū qꝛ incedētes ꝑ eam ꝑfectiōis ſtatū acq̄rūt. Tertio deſcribiꝛ ꝑfectorū bonū. Quātū ad ꝟtutē ꝑ quā moti ſunt ad talē ſitū cū

Deſcriptio ꝑfectorum.

Bonuȝ ꝑfectoꝝ tripl'r deſcribitur.

Ex q̄ fit colorpurpurēus

Paſſio xp̄i ē via peuniēdi ad ſtatuȝ ꝑfectiōis.

ait.[Media charitate cōſtrauit.q charitas eſt vꝫtus media:per quā cōſtratū ſiue conſtitutū eſt huiꝰ reclinatoriū inquātū vtute eiꝰ perfecti aſcendūt ad talem ſtatū.Addit aūt cāſqre huiꝰ ordo eſt in eccl'ia cū ait[pp filias hierl'm].q pp nos xp̄s pati voluit: ꝛ eccleſiam ſuam ordinauit. ꝛ diuerſis pfectionibꝰ dotauit.¶Deinde cum dicit.

Opuſculo xviii.c.pꝛio ꝛ ſecundo.

Chꝛiſtus diuerſis pfectionibꝰ dotauit eccleſiam ſuam.

tiſt atq; tranſiuit: ⁊ q̄ queſiuit ⁊ nō ſuenit: vocauit eum ⁊ nō rn̄dit. In quo oſtēdit ſe eccleſia modernā eſſe magis elongatam a chriſto q̄ fuerit primitia. tertio ibi dicebatur ſimpliciter q̄ inuenerunt ſpōſā vigiles qui cuſtodiebant ciuitatem. hic autē dicit [inuenerunt me cuſtodes q̄ circuierunt ciuitatē.] i. inuenerunt me varie cogitatiōes. huius varie cogitatiōes [percuſſerūt me vulnauerūt me ⁊ tulerūt pallium michi.] huius cogitationes que ſūt [cuſtodes murorum.] In quo oſtendit moderna eccl'ia ſe magis īuolui vanis cogitatiōib⁹ q̄ fuerit p̄mitiua qd ēt deſignat q: p̄mitia eccl'ia per ſeipſam īueniebat: vn̄ dicebat [paululū cū ptrāſiſſē eu; ineni quē; diligit aīa.] Hic autē eccl'ia moderna vt poſſit xp̄m īuenire expoſcit auxiliū filioꝝ cū dicit [adiuro vos filie hieruſalē.] ¶ Notandū aūt bn̄ q̄ cogitatiōes ſiue vigile ciuitatis nos percutiūt qn̄ eis dam⁹ aditū: nos vulnerāt qn̄ i eis delectamur. ſz nobis accipiunt palium expoliando nos virtutib⁹ ⁊ donis quādo eis ꝯſentimus. ¶ Deinde cū dicit.

Moderna eccl'iae magis a xp̄o elōgata q̄ fuerit p̄mitia.

Cogitatiōnes vane ꝑcutiūt nos dādo eis aditū.

Vlnerātqn̄ i eis delectamur.

Expoliant nos v̄tutib⁹ qn̄ eis ꝯſentimus.

## ¶ Adiuro vos filie hierl'ez ſi inueneritis dilectum meum vt nuncietis ei quia amore langueo.

¶ Spōſa vt poſſit īuenire xp̄m expoſcit auxiliū filiarū hec aūt petitio ē ad ꝑfectū eccl'ie ⁊ ad ꝑfectū filiarū. Ad ꝑfectū eccl'ie ī q̄tū ꝑp̄ p̄ces filiaꝝ ſpōſus aliq̄ bona largit̄ eccl'ie. Ad ꝑfectū filiaꝝ ē: q: ꝓpter adiurationē m̄ris mouēt̄ filie vt ardēti⁹ xp̄m q̄rāt. Iō duo facit. q: p̄mo ponit̄ hui⁹ adiuratio. ij. ſubiūgit̄ ardētioꝛ filiaꝝ inq̄ſitio ibi [q̄lis ē dilect⁹ tuus.] Cōtinuat̄ ſic O filie hierl'm q: ꝑp̄ nos cām veſtrā ſuſcepi ex qua cura: diſtracta cōſcia: queſiui chriſtū

Petitio ſpōſe ē filiaꝝ et eccleſie.

ſponſum meum ⁊ non inueni.ideo[adiuro vos.]ob
ſecro vos[ſi inueneritis dilectum meum.]q₂ forte i
orationibus veſtris loquitur vobis:q₂ non eſtis tan
tum intente exterioribus qui non loquitur mihi eo
ꝙ ſum magis intenta vobis:ſi ergo cõtigat hoc[ro
go vt nuncietis ei q₂ amore langueo].i.ꝓpter amo
rem deficio : volo in amorem eius rapi:⁊ dulcedinẽ
contemplationis eius ſentire:⁊ non valeo ſed defi-
cio. Lectio.iij.

Chřs loq̄-tur nobis i orõnibus.

Qualis eſt dilectus tu⁹ ex dilecto/ o pulcherrima mulierum:[

¶ In parte iſta ponitur filiarum ardens inquiſitio.Et diuiditur pars iſta in par-tes duas. Quia primo filie hieruſalē inquirunt a mře ſua.i.ab eccleſia qualis ſit chriſtus ſponſus ei⁹ vt cognoſcant eius bonitatem.2. querunt vbi ſit vt habeant eius ſocietatem ibi.[Quo abijt dilectus tuus].Habent autem ſe hec due qõnes per ordinẽ. q₂ prius eſt cognoſcere quare aliquid ſit:vt cogno-ſcens eius bonitatem eam deſideret eius deſiderio motus.2.querit vbi ſit eius bonitas vt eam adipi-ſci valeat.¶ Prima pars diuiditur in partes tres. Quia primo querit qualis ſit chriſtus ẽm diuinita-tem ibi[qualis eſt dilectus tuus ex dilecto].2.que-rit qualis eſt chriſtus ẽm humanitatem ibi[q̄lis eſt dilectus tuus].3.aſſignat rõnem qõnum factarum ibi:[q₂ ſic adiuraſti nos].Continuat̄ ſic.O pulcher rima mulierũ.[o ſponſa] chriſti [qualis eſt dilectus tuus ex dilecto.]Nã pater nõ eſt dilect⁹ ex dilecto: q₂ a nullo:ſpũs ſctũs eſt dilect⁹ ex dilectis q₂ a pluri bus vt a patre ⁊ filio.ſolus aũt filius eſt dilectus ex dilecto.¶ Deinde cum dicit.

Inquiſitio duplex filia rum eccľe.

Quare ſol⁹ fili⁹ dei xp̄s dr̄ dilectus ex dilecto.

**¶ Qualis eſt dilectus meus ex dilecto**

¶ Querit qualis eſt chriſtus ſꝫ humanitatem. vnde non addit ibi [ ex dilecto ]. qꝛ ſicut naſcendo ſm diuinam naturam eſt ſine mr̃e: ſic quodã mõ naſcendo ſꝫ hũanaꝫ naturam eſt ſine pr̃e. Nã cũ filius debeat eẽ ſilis patri in nã: cum nullus homo fuerit pr̃ xp̃i: dicere poſſumus aliquo mõ xp̃m ſm ꝙ homo non habuiſſe patrem. ¶ Deinde cum dicit.

Chr̃s ſꝫ diuinitateꝫ ẽ ſine mr̃e: ⁊ ſꝫ hũanitatem eſt ſine patre.

**¶ Quia ſic adiuraſti nos**

¶ Aſſignat cauſam dictarum queſtionum. Continuatur ſic. Ideo querimus qualis ſit dilectus tuus vel ſponſus ſecundum diuinitatem: ⁊ qualis ſit ſm humanitatem: qꝛ tu mouiſti deſiderium noſtrum ad hoc: qꝛ ſicut adiuraſti nos: ſic nos obſecraſti. ¶ Deinde cum dicit.

**¶ Dilectus meus candidus ⁊ rubicũdus/ electus ex millibus**

¶ Ponitur ſpõſe rñſio: in qua facit quatuoꝛ. Quia primo oſtendit q̃lis ſit xp̃s ſm diuinitatẽ. 2. q̃lis ſit ſm humanitatem ibi. [ caput eius aureum ]. 3. qualis ſit ſecunduꝫ vtrumqꝫ ibi [ ſpẽs eius vt libani ]. 4. epilogat dicta ibi [ talis eſt dilectus meus ]. Declarat ergo p̃mo q̃lis ſit xp̃s ſꝫ diuinitatẽ. xp̃s eniꝫ ſm diuinitatẽ tripl'r põt ꝯſiderari vel declarari. Pꝛio in cõparatione ad patrẽ. 2. in cõparatione ad ſpiritũ ſctm̃. 3. in cõparatione ad nos. Pꝛout aũt cõparatur ad patrem eſt genitus ab eo ⁊ pꝛocedit per modum intellectus ⁊ dicitur lux ⁊ candoꝛ ⁊ quantum ad hoc ait. [ dilectus meus candidus ]. ꝓut ṽo cõparatur ad ſpũm ſctm̃ ſic ſpirat ignem amoꝛis: et quantũ ad hoc ſubdit. [ ⁊ rubicundus ]. amoꝛe charitatis ⁊ amoꝛis pꝛocedentis ab ipſo. Pꝛout ṽo cõ

Sponſa tãgit q̃tuoꝛ. Chꝛiſt⁹ ſꝫ diuinitatẽ tripl'r põt ꝯſiderari p̃ma pte. q. xiiij. art. ij. Fili⁹ dei ꝓcedit a pr̃e ꝑ modum intellectus. p̃ma pte. q xxxvi. ar. ij ⁊. q. xxxvij ar. pꝛimo. Spũs ſanctus ꝓcedit a filio ꝑ modũ amoris.

Qualis eſt chrs ſm humanitatē.iiij pte.q.viij ar.i.ij.ziij
Chriſtꝰ ſcḋz humanitatē ē caput nrm
Oēs pter chrm ſunt ꝯceptiinpctō originali. pma i.q.lxx ri.ar.ij.ziiij qgēti.c.lxxx iij.
Solus xp̄s ꝯceptꝰ ex ꝟgine de ſpiritu ſancto.
Mēbra chri duplr pñt ꝯſiderari.
Dria doctrine i mēbris chri ē qdruplex.
Spōſa hic qttuoꝛ facit.
Qualeſt apoſtoli.
Palme pñt duplr accipi.

parat ad nos ipſe eſt filius nālis: nos aūt adoptiui. ideo ſubdit electꝰ ex milibꝰ. ¶ Dende cum dicit.

¶ Caput eius aureum optimum:

¶ Oſtendit q̄lis ſit xp̄s ſm humanitatē: ⁊ duo facit. Quia pmo oſtendit q̄lis ſit chriſtꝰ in ſe. ſcḋo q̄lis ſit in ſuis membris ibi. [come eiꝰ.] Chriſtꝰ aūt ſm humanitatē eſt caput nrm: qꝛ caput dꝫ eſſe eiuſdē nature cū mēbris: qḋ nō cōpetit xp̄o ſm diuinitatē: ſꝫ ſcḋm humanitatē. Hoc aūt caput eſt aureū optimū qꝛ contagione pctī nō fuit maculatū. naꝫ in oēs ſꝫ cōmunē legē naſcentes trāſit originale peccatū p̄terq̄ in ipſū: q̄ nō cōmuni lege cōcupiſcētie ſꝫ ꝟgine ſpiritu ſancto ꝯceptꝰ eſt et natꝰ. ¶ Deidecū dicit.

¶ Cōe eiꝰ ſic elate palmaꝝ nigre q̄ſi coruꝰ

¶ Declarat qualis ſit chriſtus ſm mēbra eius. Mēbra autē chriſti duplr poſſunt diuidi. ſ. ſm mām doctrine ⁊ vite. Duo ergo facit. Nā pmo declarat mēbra xp̄i rōne doctrine. Scḋo rōne diuerſitatis vite ibi [manus eius.] Differentia autē doctrine in mēbris xp̄i eſt quadruplex. qꝛ pmo ſūt apoſtoli. ſecundo pphete qui magis procul viderunt xp̄m q̄ apoſtoli. Tertio ſūt doctores qui accipiētes dicta apoſtoloꝝ ⁊ pphetarū docēt. Quarto et vltimo ſūt predicatores: qui vt audiunt a doctoribus ſic referunt populo. ¶ Quattuoꝛ ergo facit: quia primo declarat quales ſunt apoſtoli ibi [Come eiꝰ ⁊c.] Secundo quales ſunt pphete ibi [oculi eius.] Tertio q̄les ſunt doctores ibi [gene illius]. Quales ſunt p̄dicatores ibi [labia eius.] ¶ Dicit ergo primo [come eius.] i. apoſtoli qui dicuntur come vel capilli quia immediate adheſerunt chriſto capiti. [quaſi elate palmarū.] qꝛ erecte ſūt ſupiushuiꝰ come idest

apl'i ſicut palme. vñ ſunt ad modũ elate palmarũ: vel elate palmarũ ſunt quedã arbores ad modum palmarũ & ſunt aromatice: & ſignificãt apl'os ꝑpter odorem bone fame. Vñ alia tranſlatio vt dicit gloſa hẽt. [crines eius abietes]. ita ꝙ per abietes itelligamus arbores aromaticas nõ illas vñ edificia fiunt. Et addit ꝙ hui' come ſunt [nigre q̃ſi coruus] qđ põt eẽ dictũ rõne ꝑſecutionis quã paſſa fuit eccleſia tp̃e apl'oꝝ. ¶ Deinde cum dicit.

**Oculi eius ſicut columbe ſup riuulos aq̃rum: q̃ lacte ſunt lote/ & reſidẽt iuxta fluẽta pleniſſima.**

¶ Oſtẽdit q̃les ſunt prophete qui dicunt oculi rõne viſionis: iuxta illud p̃mi Regũ. ix. Qui enĩ dicitur propheta hodie olim dicebatur videns. Hi [oculi] ſunt [columbe de ſup riuos aquarũ]. propter enigmaticam cognitionem. Nã ſicut colũbe iuxta fluẽta aquarũ vident in aquis ſpecieꝫ ancipitris veniẽtis ſic ꝓphete in aq̃s q: p enigmata videbãt iſidias diaboli & p̃cauẽda pp'lo annunciabãt. Addit aũt ꝙ hee [colũbe ſunt lote lacte]. propter mundiciaꝫ. Nã lꝫ cognitio prophetarum eſſet enigmatica erat tñ munda ab omni cogitatione erroris: & ſubdit. [Et reſident iuxta fluenta pleniſſima.] rõne reuelationis. Qđ enim viderunt prophete habuerunt per inſpirationem diuinam in quo ſunt fluenta pleniſſima ſcripturarum. ¶ Deinde cum dicit.

Quales ſũt ꝓphete.

Prophete diaboli iſidias videbant.

Cognitio ꝓphetarũ erat obſcura ſꝫ mũda

**Gene illius ſicut areole aromatuꝫ: cõſite a pigmẽtarijs.**

¶ Ideſt doctores qui ſunt gene maſticãtes cibũ doctrĩe. hee aũt gene ſunt [ſicut aureole]. i. pue aree.

Quales ſt doctores

[aromatum.]qui in doctoribus quaſi i q̃buſdã ꝑ uis arcis ſcripturarũ aromata triturãtur ⁊ ꝯfri guñt:iquãtum doctores ea que ſunt i ſacro canone: quaſi in magna area docent alios ſecunduꝫ moduꝫ eis ꝓportionatũ ⁊ hui⁹ pue aree ſtructe ſiue[conſi cte.]i.cõſtitute ⁊ ordiãte[a pigmẽtarijs.]i.a ꝓphe tis ⁊ apl'i : a quib⁹ accipiẽtes doctrinã alios docẽt Dicunt aũt apl'i ⁊ ꝓphete pigmẽtarij rõne plenitũ diuĩe ſciarum.¶ Deinde cum dicit.

Mirra ſigt penitẽtiã ⁊ paupertateꝫ. Mirra du plex.

¶ Labia eius lilia diſtilãtia mirrã ꝑ mam ¶ Ideſt predicatore qui ſunt labia referẽtia q̃ a do ctoribus audierũt.hec[labia.]ſunt[diſtilantia mir rã.]i.ꝑdicãtia volũtariam paupertatẽ vel volũtariã pniam q̃ dr mirra rõne amaritudis.vt dicit[mirrã ꝑmã.]qr ad litterã ex arbuſta mirre fluit q̃dã gutta vel q̃dã liquor ſpõte.⁊ hui⁹ liquor dr ꝑma mirra ⁊ ſi gnificat penitẽtiã volũtariam.Et poſtq̃ deſiſtit ta lis liquor fluere a dicta arbuſta icidit ⁊ fluit ide rõ ne ſciſſõis.Ali⁹ liquor q̃ dr mirra ſcđa q̃ nõ ẽ adeo electa.¶ Deinde cũ dicit.

Ueritas vite triplex in iſtis guit. Quidaꝫ ſũt actiui : q̃dã ꝯtẽplatiui. q̃dã vtrũqꝫ hñt.

¶ Manus illius tornatiles aurec plene hiacinthis.

¶ Declarat mẽbra xp̃i vt diſtiguũt ſcꝫ ꝟitatẽ vite:qđ ẽ triplr.qr q̃dã ſũt actiui q̃dã ꝯtẽplatiui:q̃dã ꝟo hñt vtrãqꝫ vitã vt ꝓlati.Ideo tria fac.Primo deſcribit acti uos.ij. ꝯtẽplatiuos ibi[vẽt ei⁹.]iij.ꝓlatos ibi[cru ra illi⁹.]Dicit ꝑ ꝑmo[man⁹ ei⁹.]i. actiui q̃ dicunt man⁹ q̃ ſũt ꝑncipale inſtrm ad agẽdũ vl' operãduꝫ: ⁊ ſũt[tornatiles.]ad opãdũ facilr bona.rotũdũ eĩ ẽ facile mobile.⁊ ſũt auree qr nõ ſuffic vt ea ſiãt q̃ ſũt de gñe bonoꝝ:niſi ſiãt ex hitu charitatis q̃ deſignat ꝑ aurũ qđ hẽt colorẽ rubeuꝫ ⁊ ignitũ. Rurſum he

Opa in fanõ ſũt bõa niſi ſint ideicha ritate facta i.ij.q. cxuij. ar.iiij.

[man⁹ ſūt plene hiacīthis.] ꝑꝑ rectā itēſſionem que reqritur ad qòlibet op⁹ bonū. Hiacithus eniz eſt lapis precioſus hñs colorē celeſtē ꝛ ſignificat rectitudinē itētionis: qꝛ ſurſū ad celū trinitatis debemus itētionē nſam erigere in q̄libet bono ope. ¶ Deinde cum dicit.

Intētionez nſaz dirigē debem⁹ ad celuz.

Venter eius eburne⁹ diſtict⁹ ſaphyris.

Oſtendit q̄les ſūt ꝯtēplatiui dicēs [vēter ei⁹.] i. ꝯtēplatiui q̄ ſūt venſ plen⁹ ſpūali cibo qꝛ ipſe potiſſie repleſ ſpūali dulcedīe. hic eni [venſ eſt eburne⁹.] rōne mūditie: qꝛ ipſi maxime ſūt ſeꝑati a terrenis coīnq̄natiōibus hoīum. Et hui⁹ venſ ē [diſtictus.] i. artificiat⁹ celat⁹. vł [diſtict⁹ ſaphyris.] ꝑꝑ diuinam adheſionē. Saphyrus enim eſt lapis precioſ⁹ hñs colorē celeſtē: ſicut hyacitus: qð maxime ꝛ potiſſie competit cōtemplatiuis igitur maxime adhererēt ſupremo cibo. ¶ Deinde cum dicit.

Quales ſūt ꝯtēplatiui. i Uēter ſigt ꝯtēplatios.

De natura ſaphyri.

Crura illius colūne marmoree/q̄ fūdate ſūt ſuper aureas.

¶ Declarat q̄les ſūt p̄lati dicēs [Crura illi⁹.] i. p̄lati q̄ dicunſ crura qꝛ alios portāt. hec. [crura] ſūt [colūne.] ꝑpſ rectitudinē. ſūt [marmoree.] ꝑꝑ firmitatē. [ſunt fūdate ſuper baſes aureas.] ꝑꝑ charitatē. vnde ſi iueniātur p̄lati carentes iſtis magis ſūt crura dyaboli q̄ ſint crura xp̄i. ¶ Deīde cum dicit.

Mali p̄lati ſūt crura diaboli.

Spēci⁹ vt libani/electus vt cedri gutt illi⁹ ſuauiſſimū/ꝛ totus deſiderabilis. Talis ē dilectus meus ꝛ ipſe ē amicus meus filie hieruſalem.

Qualis eſt xp̄s ſm̄ diui nitarē ꝛ hūa nitatem.

¶ Oſtēdit q̄lis ſit xp̄s ſm̄ hūaitatē ꝛ diuīitatem ſilꝛ tāgit tria q̄ ꝯpetunt ei ſm̄ vtrāq natură. Et p̄mum

eſt ſpecioſitas.nam inquantum homo eſt ſpecioſus iuxta illud pſal.Specioſus forma pre filijs hoium.

Tria cōpe-tūt.xp̄o ſm vtrāqꝫ nāz. Primaꝫ eſt ſpecioſitas ſ.eſt incoꝛ-ruptibilitas ps.xiij.

Inquantum deus eſt ſpecioſus:qꝛ eſt ſplendoꝛ glie Heb.pzimo.ꝛ qꝛ eſt vera ſapia.de qua Sap.7.Eſt ſpecioſioꝛ ſole:ꝛ ſuper omnem ſtellarum diſpōnem. Scḋm qḋ competit ei eſt incoꝛruptibilitas:ꝛ hoc ē vt eſt homo.iuxta illud pſal.Non dabis ſctm̄ tuū videre coꝛruptionē.ꝛ inquātū deꝰ ē vt eſt vera ſapia. Sap.9.Clara enim ꝛ nunq̄ marceſcit ſapia.Tertiū qḋ cōpetit ei ſm humilitatem ꝛ diuinitatem eſt dulcedo ꝛ ſuauitas:qꝛ homo in celeſti patria ingredie

3.ē ſuauitas

tur contemplando diuinitatem: ꝛ egredietur contēplando chꝛiſti humanitatē:ꝛ vtrobiqꝫ paſcua inueniet.i.plenā ſuauitatis refectionē.

S.Aug.

hec autem tria tangunt in pte iſta.Nā ſpecioſitas tāgit cū dꝛ[ſpēs eius vt libani].i.pulchꝛitudo eiꝰ clara ꝛ lucida.In

Nā cedri.

coꝛruptibilitas cū ſubiungitur.[electus vt cedri]. Cedrus enim dꝛ arboꝛ imputribilis.Suauitas aūt manifeſtatur cū ſubinfertur[guttur illius ſuauiſſimū].i.dulcedo eius ſuauiſſima.ideo additur q̄ eſt [totus deſiderabilis].ſm humanitatem ꝛ diuinitatem.Et concludit[talis eſt dilectus meus].ad ſe attrahēs amoꝛē meū.[ꝛ ipſe eſt amicus meꝰ].ipꝛiens mihi amoꝛem ſuum.

Capitulum.ix.

Lectio.i.

Quo abijt dilectus tuus o pulcherrima mulierū:quo declinauit dilectus tuꝰ?Et querēmꝰ eū tecū.

Poſtquam queſierunt filie hieruſalē qualis eſſet dilectus ecclie vt eum cognoſcerent:hic querūt vbi ſit vt eius hēant ſocietatem.Diuiditur aūt hec pars in duas:qꝛ pꝛimo po

nit dicta questio. Scdo subiūgit spōse rñsio. ibi [dilect⁹ me⁹ descēdit.] Circa pmū notādū φ xp̄s ſm diuinitatē abijt ⁊ leuat a nobis: ſm ſo hūanitatē descēdit ⁊ declinat ad nos. Jn pma ḡ pte tria tangunt qꝛ pmo querit vbi ſit xp̄s ſm diuinitatē. ſcdo q̄ritur vbi ſit ſꝫ humanitatē cū dicit. [quo declinauit dilect⁹ tuus.] tertio aſſignat vtriuſqꝫ rō cū ſubinfertur [⁊ queremus eū tecū.] quaſi tecum dicat ob hoc volumus ſcire vbi ſit vt habeamus eius ſocietatem. ¶ Deinde cum dicit.

**¶ Dilectus meus deſcēdit in hortum ſuū ad areolā aromatum vt ibi paſcatur ī hortis et lilia colligat.**

¶ Ponit ſpōſe rñſio. Ad cuius euidētiā notandū φ vbi cuiuſlibet rei acceptū ꝓprie non cōpetit ei ſm nāꝫ in q̄tū hui⁹. Nā nā vt nā eſt nō hēt vbi nec φ ſit in loco: ſꝫ ſi vbi accipiat large: ſic vbi cuiuſlibet nature ſūt ꝓpria pncipia diffiniētia ipaꝫ. dicunt ei talia ipſꝫ vbi nāe: qꝛ ſicut nichil eſt de re extra ſuū vbi: ſic nichil ē de re ꝯe ſua pncipia. ⁊ nō ſolū accipiēdo proprie ſꝫ ēt accipiēdo ipſꝫ xp̄ꝫ ſꝫ diuinitate nō claudit aliq̄ vbi: qꝛ nā ei⁹ diuia eſt ifinita nullis limitib⁹ circūſcripta. Scdm humanitatē ſo cōpetit ſibi cū ei⁹ humanitas ſit finita ⁊ īra pncipia ſue ſpeciei ſit clauſa. Et iō ſpōſa nō rñdet ad qōnē illā. Quo abijt dilect⁹ tuus vbi q̄rit de diuinitate. Sꝫ rñdet ad illā qua dꝛ quo declinauit vl' quo deſcēdit dilect⁹ tuus vbi querebat de ei⁹ humanitate. Jn dādo autē ſuā rñſionē tria facit. qꝛ pmo dat ſuā rñſionē. ſcdo ſbiūgit rōnis rñſionē ibi [vt paſcatur.] tertio oſtēdit ſe ad chriſtū habere verā dilectionem. ibi. [ego dilecto meo.] cōtinuat ſic. Uos filie hierl'm queſiuiſtis me

Chriſt⁹ ſm diuinitateꝫ a nobis abijt ſm ſo hūanitatē ad nos deſcendit.

Hic tangūtur tria de chriſto.

Reſponſio ſpōſe.

Nā rei proprie nō eſt in loco.

pria pte. q. viij. ar. i. ⁊ ij. ⁊ i. i. di. xxxvij. q. ij. ar. primo.

Chriſt⁹ ſm diuinitateꝫ nō ē in loco

Chriſt⁹ ſm humanitateꝫ eſt in loco cū ſit finit⁹.

Sponſa in ſua reſponſiōe tria facit.

quo abiit dilectus meus. queſiuiſtis ēt a me quo de ſcēdit. ad rōnez pmā nō rñdeo qꝛ nō poſſū. ad ſcdaꝫ queſtionem rñdens dico. ꝙ [ dilectus meus deſcen dit in hortū ſuum ad areolā aromatū ].i. deſcendit i eccleſiam que eſt hortus ſuus ad areolā. i. ad bea tam virginem que fuit area plena aromatibus vir tutum et donorum. Aſſumendo carnem in ipſa ſm quā carnē conuerſatus eſt mecū q̄ ſū hortus i ecclia ſua. ¶ Deide cū diꝛ. [ vt paſcat in hortis ].i. vt dele ctet in bonis opibus nris: vt diꝛ glo. Nos ad bonū promouendo. [ ꝛ colligat lilia ].i. electos ad ſuuꝫ be neplacitum congregando. ¶ Deinde cum dicit.

Areola ſi gnificat bea tam vgīnē mariam.

Chriſtus d lectat i opi bus nris bonis.

**¶ Ego dilecto meo: ꝛ dilectus meus mihi: qui paſcitur inter lilia.**

¶ Oſtendit ſeueram dilectionem habere ad xpm di cens. [ ego dilecto meo ].i. locum receptiōis ego pre paro in me: vt glo. ſupplet. [ ꝛ dilectus meus mihi. ] preparat apud ſe locum receptionis mee. [ vt ille q̄ paſcitur inter lilia ].i. inter munda deſideria ſit i me et ego in eo. In quo oſdit ſe ad chriſtum veram ha bere dilectionem: ꝛ xps veram ad eam: qꝛ q̄ manet in charitate in deo manet et deus in eo. prima Ioā nis. 4. ¶ Deinde cum dicit.

**¶ Pulchra es amica mea/ ꝛ ſuauis ꝛ deco ra ſicut hieruſalem**

¶ Determinat in eccleſie vnitate: vel remouet quā dam qōnez que poſſet oriri ex predictis. dictum eſt enim in eccleſia eſſe diuerſos ſtatus: qꝛ aliqui ſunt incipientes: aliqui proficientes: aliqui pfecti. Rur ſum dictū eſt ad eundem ſtatū ꝙ multa requirūt: qꝛ ſm quēlibet ſtatū eſt dare aliq̄lem pulchritudinem ſubſtantie vtutis ꝛ opationis. Et in operatiōibus

Chriſt' mo uet quādā qōnem

Tres gra dus ſunt in eccleſia.

In oī ſtatu ē aliqua pl chritudo

maxime eſt dare multiplicem diuerſitatem: ⁊ qꝛ tā-ta diuerſitas eſt in eccleſia vult chꝛiſtus oſtendere ſuam ſponſam eſſe vnam cuius vnitas pp talem diuerſitatem non tollitur. Et duo facit. qꝛ pꝛimo repetit ea que in eccleſia videntur facere diuerſitatē.2. oñdit hoc non impedire eccleſie vnitatē: ibi [ vna ē columba mea ]. pꝛima pars diuiditur in duas ſm ꝙ duo videntur impedire eccleſie vnitatem. vꝫ diuerſitas eoꝛum que requiruntur ad quēlibet ſtatum.2. diuerſitas ipſoꝛum ſtatuum. ibi [ ſexaginta ſunt regine. ] pꝛima pars diuiditur in partes tres: ſm ꝙ ad quēlibet ſtatum tria requiruntur. ſ. pulchꝛitudo ſbſtantie virtutis ⁊ operationis. Et hec omnia quodāmō ſūt tacta ſuperius. Jō reiterare iſta ē quodāmodo repetere que ſuperius fuerunt tacta. Pꝛimo ergo narrat pulchꝛitudinē quā requirit ecclia quātum ad ſubſtantiam.2. quātū ad ꝟtutē ibi [ terribilis vt caſtroꝝ ].3. quātū ad opatiōeꝫ. ibi [ capilli ] dicē ḡ. [ pulchꝛa es amica mea ] quātū ad ſubſtantiā exterioꝛē [ ſuauis ⁊ decoꝛa ſicut hierl'ꝫ ].1. ſic eccleſia pmitiua quantū ad ſubſtātiā īterioꝛē: qꝛ illa eccleſia foꝛmoſa ⁊ pulchꝛa erat interius: lꝫ nigra eſſet exterius pp perſecutionem. Nunc auteꝫ ceſſauit perſecutio: et idcirco exterius eſt pulchꝛa. ¶ Deinde cum dicit.

Chꝛiſtus oſtēdit eccſiam ſuaꝫ eē vnam.

In quolib ꝫ ſtatu tria reqrūtur.

Pꝛimitiua ecclia erat pulchꝛa interius ſꝫ exterius erat nigra.

**¶ Terribilis vt caſtroꝛuꝫ acies oꝛdinata. Auerte oculos tuos a me. qꝛ ipſi me auolare fecerunt.**

¶ Oſtendit eam habere pulchꝛitudinem: quantum ad virtutem. Et qꝛ pulchꝛitudo eſt per diuinas iſpirationes: ideo dicit tollendas eſſe rōnes qͦ facit ibi [ Auerte oculos tuos ]. dicit ergo ꝙ eccleſia pp magnitudinem et excellentem pulchꝛitudinem eſt ter-

Ale pl'chꝛitudo eſt p diuinam inſpira tionē.

ribilis: vt ordinata acies caſtrorū que aduerſarios non timet propter potentiam quam habet ex diui no auxilio ⁊ eius iſpiratione. ¶ Deīde cū dicit. [auer te oculos tuos.] i. tolle rōnes ſecundū q̄s vis me ī quirere: quia ipſi [oculi.] i. ratiōes tue. [fecerūt me auolare.] eo q̄ deficiant ipſe ratiōes ab inq̄ſitione mea: qd̄ cōcordat cum eo quod habetur in ſpalmo. Accedet homo ad cor altum et exaltabitur de⁹: q2 quanto deum per rōnes naturales inueſtigare vo lumus tanto magis recedit a nobis. Bone autem ſunt rationes ad fidem defendēdam. Ad fidem aūt probandum ſunt tollende. Quod ergo ſum⁹ terri biles ad fidem aſtruendam ⁊ defendendam p ſapiē tiam diuinam ⁊ miracula. hoc habem⁹ ex gratia et inſpiratōe diuina p̄cipue. ¶ Deinde cū dicit.

Ps. lxi.

Vide q. i. ar. viij.

**¶ Capilli tui ſicut grex caprarum que ap paruerunt de galaad.**

¶ Narrat primo pulchritudinem quam habet ex o perationibus affectus. ſecūdo quam habet ex ope rationibus intellectus. ibi ſicut [cortex.] dicit ergo [capilli tui.] i. affectiones tue. [ſūt ſicut grex capra rū.] que apparuerunt vl̄ deſcenderūt de galaad.] exponat vt ſuperius eſt expoſitum. ¶ Deinde cū dicit.

**¶ Dentes tui ſicut greges ouiū: q̄ aſcende runt de lauacro. Omnes gemellis fetibus ⁊ ſterilis non eſt ī eis.**

¶ Narrat plchritudinē ex opatiōnū itellectiua dī cēs. [tui dētes.] ſunt [ſicut grex ouiū.] ſupple tonſa rū [que aſcēderūt de lauacro oēs gemellis fetib⁹ ⁊ ſterilis nō eſt in eis.] hoc etiam expoſitum eſt ſupe rius. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Sicut cortex mal. punici: ſic gene tue abſ q; occultis tuis.

¶ Reperit pulchritudinem operum dicens. [gene tue].i. operationes exteriores ſũt. [ſicut cortex mali punici.] Continens mala rubea.i. feruorem charitatis. [abſq; ocultis tuis].i. abſq; eo quod itrinſecus latet. Quia non ſolum es pulchra quantum ad exteriora: ſed etiam quantum ad interiora. ¶ Deinde cum dicit.

Spo pulchra interius et exterius. pina q.q.ci. ar.q.

¶ Sexaginta ſunt regie / et octogita ↄcubine et adoleſcentularũ non eſt numerus.

¶ Narrat diuerſitatem eccleſie ex parte ſtatus. Status aũt diuerſitatis põt multipl'r accipi. Primo ex diuerſitate perfectionis: et ſic diſtinguitur: q; quidã ſunt incipientes: quidã proficientes: quidã pfecti. Uel ex parte vite: q; quidã ſunt actiui: q̃dã ↄtemplatiui. Uel ex pte fructus: q; q̃dam faciũt fructũ cẽteſimũ vt virgines, q̃dã ſexageſimũ vt vidue: quidam treceſimũ vt coniugati: Et hanc diuerſitatẽ deſcribit: ideo ait. [regie] hoc eſt virgines que optime ſe rexerunt. [ſunt ſexaginta].i. in numero paruo et excellẽti. Sexaginta cũ hoc q̃ eſt nũerus puus. eſt tñ nũerus ſupabũdãs: q; ptes eius ſil' ſumpte reddunt pluſq̃ totũ: et deſignãt ſtatũ ɤginalẽ: q; ɤgines cõpatiue ſũt pauce. et in fructu excellũt alios. [Cõcubine aũt].i. vidue q̃ dicunt cũcubie: q; hũerũt aliq̃n virũ aliũ q̃ xp̃z. hec aũt [cõcubine ſunt octaginta]. q̃ eſt nũerus maior quãtitate ſexaginta et minor virtute: q; nõ eſt nũerus ita ſuperhabundans ſi cõſiderent ei⁹ ptes aliquote: et deſignat ſtatũ vidualem in quo ſunt plures q̃ in ſtatu virginali ſ; nõ faciũt tãtum fructũ: [adoleſcentularũ].i. imperfectorũ ſiue

Quidã ſũt incipiẽtes q̃dã pficiẽtes et q̃dã pfecti. Quidam ſũt actiui et q̃dã ↄtẽplatiui. Uirgĩes faciũt fructũ centeſimũ; Uidue ſexageſimum. Coniugate triceſimum iiij. di. xlix. q. viij. ar. q. qſti ũcta iiij. Uidue dr̃ ↄcubine q; aliũ hũerũt virum

Uidue excedūt ꝟgines numero: et iste illas merito.
Coniugate excellūt omnes quātitate ſʒ deficiūt ab aliis virtute.

viuentiū in ſtatu coniugali.[non eſt numerus.]qꝛ tales quantitates excellūt alios:ſed virtute deficiunt ab eis. Poteſt autē per ea que dicta ſunt diuerſitas eccleſie aliter aſſignari:ſed de hoc nichil adpſens:quia continuationem excluderemus. ¶ Deinde cum dicit.

## ℂ Una eſt columba mea pfecta mea. vna eſt matri ſue electa genitricis ſue.

Ecclie diuerſitas nō tollit ei⁹ vnitatem
Uniuerſalis ecclia q̄drupl'r eſt vnita.
pmo i fide. 2.i charitate.
Colloſen.i prima.q.i. multre.i.in gratia.4.i fine.
Galath.iiij.
Ecclia hēt pl'chritudinem ſubſtātie 7 opatiōis.

¶ Oſtendit iſta nō impedire eccleſie vnitatē:et duo facit ſcdm q duo variata ſunt que videntur īpedire huius vnitatē. Primo enim oſtendit ꝙ huius vnitas nō impeditur ex diuerſitate eorum que requirūtur ad quelibet ſtatum ſcdo ꝙ nō impedit eam diuerſitas ſtatus. ibi[ viderunt eam.] ¶ Propter primū notandum ꝙ eccleſia vniuerſalis eſt quadrupliciter vnita. Primo in fide:quia vna eſt fides omnium. ſcdo in charitate:quia vnū vinculum amoris omnes q̄ ſunt in eccleſia connectit. tertio in gratia que poteſt dici mater nr̄a:quia ab ea habemus eſſe ſpirituale. quarto vnitur eccleſia in fine q:omnes tendimus ad celeſten hieruſalē que poteſt dici genitrix noſtra quia eam imitari debemus vt filie imitanť genitricē ſuam. Cōtinentur ſic. Habitum eſt ꝙ tanta diuerſitas eſt in eccleſia quia in quolibet ſtatu in tota vniuerſali eccleſia eſt dare pulchritudinē ſubſtantie virtutis et operationis. Et eſt dare tantam diuerſitatē operū non tamen pp hoc tolliť eccleſie vnitas:quia omnia iſta vniuntur p fidem: vniuntur in charitate: in gratia in fine. Et ſi p hec vniuntur ea que ſunt diuerſarum perſonarum: multo magis vniuntur ſubſtantia virtus 7 operatio que ad vnam perſonam pertinere poſſunt. et hoc eſt qđ

ait.⌊vna eſt colũba.⌋pp fidei vnitatẽ que deſignat̃ ĩ colũba que eſt aialſimplex:ſicfides eccl'ie ſimplex ẽ ſiñ lica erroris.ꝛ etiã qꝛ ſimpliciť adheremꝰ hĳs que ſũt fidei:cũ eis nõ adhereamus pp fidei diſcurſũ.ꝛ ſubdit̃⌊vna eſt perfecta mea.⌋pp charitatẽ q̃a charitas eſt vinculũ perfectionis.ꝛ addit⌊ vna eſt mater ſua.⌋rõne gratie a q̃ ſicut a matre eſſe ſpũale.⌊electa genitricis ſue.⌋pp vnitatẽ finis:qꝛ ſubſtã tiam noſtrã virtutẽ ꝛ operatonẽ ꝛ totũ qđ in nobis eſt ſcd̃m mẽſurã fidei et ordinẽ charitatis ꝛ pfectionẽ g̃re odinare debemus ad illã celeſtẽ hierl'm quã q̃ſi genitricem imitari debemus.¶Deinde cum dicit.

¶ Viderunt eã filie ſyon ꝛ beatiſſimã p̃dicauerũt regine ꝛ ↄcubine ꝛ laudauerunt eã.

¶Poſtq̃ oſtẽdit vnitatẽ eccl'ie nõ ĩpediri ꝑpter diuerſitatem ſube ꝟtutis ꝛ opationũ ↄcurrentiuꝫ ad quemlibet ſtatũ et exñtiũ in q̃libet pſona ꝛ in quolibet membro eccl'ie hic oſtendit huiꝰ vnitatẽ nõ impediri ꝑpter diuerſitatẽ ſtatuũ vel pſonarũ:et hoc ſic Nã;extra eccleſiã ĩ nullo ſtatu ẽ ſalꝰ vt aliq̃ pſona ſaluet̃ niſi infra vnitatẽ eccleſie:iõ regine ꝛ cõcubine filĳ vl' adoleſcẽtule ꝛ oẽs qui ſunt in eccleſia cuiuſlibet ſtatus cuiuſcũq; ↄditionis exiſtant in tãtũ ſaluant̃ inq̃tũ laudãt ꝛ approbãt ꝛ btiſſimã p̃dicant vnã catholicã eccleſiã fide ꝛ charitate vnitã:ꝛ iõ licet diuerſi ſtatꝰ ſint:vna tñ eſt eccl'ia in q̃ oẽs iſti ſtatꝰ ſaluant̃.hoc eſt ḡ qđ ait⌊filĳ vel adoleſcentule viderũt eã.⌋i.viderũt eccl'iam fide ꝛ charitate vnitã.⌊ꝛ btiſſimã p̃dicauerũt eã.⌋ approbando huiꝰ vnitatẽ:ſic ẽt⌊regine ꝛ concubine laudauerũt eã⌋i. vnitatẽ eius.per filias autem ꝛ concubinas ꝛ reginas ⌊intelliguntur diuerſi ſtatus eccleſie requiren=

Colũba ſig̃t eccl'iã q̃ ẽ tñ vna.lxiĳ.di. legitimꝰ.iiĳ di.xxvĳ.q.i. ar.i.q̃ſtiũcula.iĳ.

Eccl'ia oĩ errore caret.x xĳ.q.i.ar.iĳ. p̃ma di.xiĳ. q.i.ar.i.

Oĩa opa noſtra ad celeſtẽ hierl'z dirigẽ debemꝰ.

Prima ĳ.q. xci.ar.iĳ.ꝛ. iiĳ.

Nullꝰ ſaluatur extra ecclĩam chriſti xxiĳ:q.i.alienꝰ q̃cunq;

tes diuerſitatem perſonarum vt, ſupius fuit expoſi tum.¶ Deinde cum dicit.

**Que eſt iſta q̄ ꝓgreditur q̄ſi auroꝛa cõſurgens: pulchꝛa vt luna electa vt ſol/terribilis vt caſtroꝛum acies oꝛdinata.**

Hic finit ſtatuꝫ eccleſie moderne.

¶ Finit tractatū eccl'ie moderne in laude ei⁹ dicens [q̄ eſt iſta q̄ pꝛogreditur vt auroꝛa cõſurgēs]. Nā eccleſia p̄mitiua.[aſcendebat p̄ deſertū vt virgula fumi]: ꝓpter ꝑſecutionē tyrānoꝝ. eccl'ia vo moderna pꝛogreditur[vt auroꝛa cõſurgens]: q2 ceſſauit ꝑſecutio ⁊ appꝛopiquauit dies: ⁊ hec eccleſia [eſt pulchꝛa vt luna]. ꝓpter fidē: q2 fide cognoſcimus videmus quaſi ī lumine lune: q2 ea nō clare appꝛehēdim⁹ eſt[electa vt ſol]. rōne ſpei ſm̄ quā eleuat ad deſideriū celeſtis hieruſalē: q̄ rōne claritatis pōt dici ſol. Eſt terribilis vt oꝛdīata acies caſtroꝛū ꝓpt charitatē quā hn̄tes terremus diabolum: q2 vnitatē ⁊ pacē tenemus in terris ⁊ deo humiliter ſubiecti ſumus quod ipſe renuit tenere in celis.

Spes eleuat nos ad celum.

Per charitatem tremus diabolum.

Lectio. ij.

**DEſcēdi ī hoꝛtū nucū vt viderē poma cõualliū: ⁊ inſpicerē ſi floruiſſet vinea: ⁊ germinaſſent mala punica.**

Hic incipit de. iij. ſtatu eccleſie tractare.

¶ Ut dictuꝫ fuit ſupius tot⁹ iſte liber diuiditur in partes tres ſm̄ tres ſtatus eccleſie. executis duabus partibus reſtat exequi de tertio ſtatu vt de ſtatu vltime eccleſie. Et q2 ī pꝛimo ſtatu fracti fuerūt rami: q2 iudei coīter deſeruerunt chꝛiſtū. In ſcdo ſtatu vt in moderna eccl'ia plenitudo gētiū. ſed in tertio ſtatu vt in vltimis ſeculis omnis iſrael ſaluus erit vt ſuperius tactū eſt. Determinare ergo

Quō iudei deſeruerūt Chꝛiſtum.

de vltimo ſtatu eccleſie ē determinare de cōuerſiōe iudeoꝛū; vel ſinagoge. ¶ Diuiditur autē hec pars in partes duas. quia pmo determinatur de ɔuerſione ſynagoge. ſcdo inuitatur eccleſia vt curaʒ hēant de ſynagoga iā cōuerſa ibi[ſub arboꝛe malo.] Pꝛima pars diuiditur in duas. Nam ſicut determiabatur de ſtatu eccleſie pꝛimitie ꝙ pmo deſcribebatur ſtatus eius: ⁊ poſtea finiebatur tractat⁹ ille i laude eius cum dicebatur[que eſt iſta que aſcendit per deſertuʒ.] Et ſimilr̄ cum tractabat̄ de eccleſia moderna. pmo deſcribebat̄ ſtat⁹ eius: ⁊ poſtea terminabat̄ in ei⁹ laude vbi dictū eſt[que eſt iſta que progredit̄ q̄ſi auroꝛa.] Sic pmo mō deſcribitur conuerſio ſynagoge. ſcdo terminatur iſte tractatus de conuerſione ipſius in laude; eius ibi[que eſt iſta q̄ deſcēdit de deſerto.] Pꝛima diuiditur in tres partes. quia pꝛimo chꝛiſtus ad cognoſcendam ſuam incarnationē; ſynagogā excitat. ſcdo ſynagoga excitata per xp̄m ꝓ ignoꝛātiaʒ ſe excuſat ibi[ Neſciuit anima mea.] tertio xp̄s ſynagogam ignoꝛantiā cognoſcētem ad miſericoꝛdiam reuocat.[Reuertere reuertere.]

In fine mūdi oēs iudei ɔuertēt ad fideʒ

Diuiſio text⁹.

¶ Circa pꝛimum notādum ꝙ ſicut terminato ſtatu eccleſie pꝛimitiue incipiebatur ſtatus moderne eccleſie a quiete cum dicebatur[En lectuluʒ ſalomonis]vt daretur itelligi ꝙ iam ceſſauerat perſecutio Sic modo cum determinatur de conuerſione iudeoꝛum: incipitur tractatus a deſcenſu cum dicitur.[deſcendi in hoꝛtum meum.] quia ſpeciali mō xp̄s deſcendit pp iudeos iuxta illud. Non ſū miſſus niſi ad oues ⁊c. Cōtinuet̄ ſic. O ſynagoga tu totiēs petiſti vt deſcēderē ⁊ ſaluarē te. Certe ego[ deſcēdi in hoꝛtū meū.]i. in eccliaʒ meā. vel ēt i te que eras hoꝛus meus aſſumendo carnem. Et hoc feci vt oculo

ſ.pte. q. xx. arti.i.

Matth.xv.

Xp̄s icarnat⁹ ē ſpaliter pp iudeos.

Hoꝛtus ſigt eccliam vel aiam.

miſericordie viderē.[poma cōualliū].i.ſtatū actiuorū qui dicunt poma cōualliū q2 ſūt infimo ſtatu.Et inſpicerem oculo pietatis.[ſi floruiſſet vinea]. i. iſti floruiſſent contemplatiui q̄ dicunt flores vinee pp odorem bonarū orōnum:ꝛ[viderem ſi germinaſſēt mala punica].i.prelati qui dicuntur mala punica: q2 vtraq3 vitam habere debēt cōtēplatiuā ꝛ actiuā. Ideo deſignātur per mala punica que interius hn̄t grana rubea deſignantia feruorē vite contemplatiue.Exterius vero hn̄t corticem aſperū deſignantez turbationem vite actiue.Sic ergo deſcendit vt oēz ſtatū inſpicerē ꝛ te ſcḋm ſtatū oīm adunarē ni prebuiſſes obicem. ¶ Deinde cum dicit.

Prelati debēt hēre actiuam ꝛ cōtemplatiuā vitam.

**¶ Neſciui.aīa mea cōturbauit me/ pp q̄drigas aminadab.**

¶ Synagoga per ignorantiā ſe excuſat.Et cōtinuatur ſic.Tu dn̄e mi ſaluator meus dicis te deſcēdiſſe et carnem aſſumpſiſſe vt me iuuares.[Neſciui].i. ignoraui ꝙ tu eēs ille qui vēturus erat.nunq̄ eniz te crucifixiſſē ſi te deū glīe crediidiſſez:cā aūt q2 excecata fui:extitit.q2[aīa mea].i.annimalitas ꝛ ſenſualitas mea ſiue plebs mea.[cōturbauit me] nō aſſentiendo monitionibus tuis. Et hoc[pp q̄drigas aminadab].i.pp ſcribas ꝛ phariſeos pſuadētes plebi vt non crederem tibi ſ3 te crucifigerem . Scribe eni ꝛ phariſei dicebantur quadrige:q2 populuz portabant et ducebant.Et hec quadrige aminadab qḋ interpretatur populus meus ſpontaneus: q2 ſ3 voluntatem eorum populum ducebant.¶ Deinde cuz dicit.

Synagoga ſe excuſat. Judei non cognouerūt pfecte chriſtum fuiſſe deum. iij.parte.q.xlvij.ar.v. Scribe et phariſei pſuaſerūt plebi pop9 xp3 crucifigere q̄ in eū credere.

**¶ Reuertere reuertere ſunamitis/reuertere reuertere vt intueamur te.**

¶ Chriſtus synagogã ad ſe reuocat: ꝛ duo facit: qꝛ primo ponit hui⁹ reuocatio. 2. ſubiungit reuocationis rõ. ibi [q̃d videbis i ſunamite]. Cõtinuatur ſic: exquo tu ſynagoga vel ſunamitis captiuitatẽ miſerie ꝛ cecitatis tue recognoſcis ꝛ vides aĩalitatẽ tuã. [Reuertere] relinquendo cecitatẽ intellectus. [Reuertere ſunamitis] relinquendo aĩalitatẽ ꝛ prauitatẽ affectus. [Reuertere] adherendo veritati: intendendo bonitati: ꝛ hoc [vt intueamur te]. oculo miſericordie miſerendo tui. ¶ Deinde cum dicit. — Chriſtus ad ſe ſynagogã reuocat.

Capi. vij. Lectio. I.

Quid videbis in ſunamite / niſi choros caſtrorum?

Aſſignat huius conuerſionis rõnẽ: ꝛ intendit talem rõnem. Qui libet dꝫ cõuerti ad illum a quo hꝫ totum bonum ſuũ ꝛ totam pulchritudinẽ ſuã: ſꝫ p̃miſſuꝫ ẽ ꝙ tu ſynagoga a me chriſto debes habere tatã pulchritudinẽ tuaꝫ. ergo ad xp̃ꝫ cõuerti debes. In hac rõne ſic procedit. qꝛ narratur ſynagoge pulchritudo p̃uiſa a deo. 2. oſtendit ꝙ hui⁹ pulchritudinẽ dꝫ cõſequi ſynagoga per chriſtũ ibi. [dixi aſcendam in palmã]. 3. ſynagoga his dictis aſſentit ibi. [dignuꝫ dilecto meo]. 4. ad chriſtum ſe conuertit ibi. [ego dilecto meo]. Circa primum duo facit: qꝛ p̃io narrat pulchritudineꝫ eccleſie ſynagoge in ſpẽali ꝛ diffuſe. 2. repetit ei⁹ pulchritudinẽ i generali ꝛ ſuccincte ibi [q̃ pulchra]. In narrando autem pulchritudinẽ ſynagoge in ſpeciali oſtendit ipſam pulcherrimaꝫ quantum ad omnia ſua. Naꝫ ſicut pulchritudo anime conſiſtit in perfectione virtutum et donorum — Rõ quare ſynagoga dꝫ conuerti ad xp̃m qꝛ oĩa ab ipſo hẽt. — Pulchritudo aĩe cõſiſtit in virtutum perfectione

que ornāt ꝯcupiſcibilē ꝛ iraſcibilē ītellectū practicū ſpeculatiuū ꝛ volūtatē. Sic ſynagoge talis pulchritudo ꝑuiſa erat. quā debebat ꝯſequi ꝑ xp̄z. Et qꝛ hi⁹ ꝑfectiões quedā reſpiciūt potētias alligatas organo: quedam nō alligatas. ideo pars determinatur: de huius pulchritudine diuiditur in duas ꝑtes. qꝛ p̄mo determinat de pulchritudine dicta per comparationē ad perfectiones potentiarum organo alligataꝝ. ſecundo per comparationem ad potētias organo nō alligatas ibi [duo vbera tua.] Potentie autē alligate ſut due. ſ. iraſcibilis ꝛ concupiſcibilis. Primo ergo ait de pulchritudine prout reſpicit iraſcibilem. ſecundo vt reſpicit concupiſcibilem. ibi [iūctura femorum tuorum.] Iraſcibilis aūt potētie ꝑfectio ſiue pulcritudo eſt fortitudo [ſc̄m quā reſiſtimus aduerſariīs ꝛ aggredimur eos. Primo ergo determinat de fortitudine ſeu de perfectione iraſcibilis: inquantum aduerſario reſiſtimus. ſc̄do inquantum ipſum inuadimus ꝛ victoriam obtinemus ibi [q̄ pulchri ſunt.] Continuatur ſic. Synagoga nō eſt ſunamitis. i. captiua captiuitate miſerie: Sed ſi conſideremus eam ſecundum pulchritudinē a deo ſibi preuiſam: ſic eſt tota pulchra. Nam pulchra eſt quantum ad iraſcibilem: inquantum preuiſa eſt ei perfectio iraſcibilis ꝑ quam poſſit aduerſarīs reſiſtē. iō ait. [q̄d videbis in ſunamite.] ꝑꝑ rōnē tactā. [niſi choros caſtroꝝ.] i. munitiões fortes per q̄s poteſt reſiſtē aduerſarīs. q. d. nichil debile.

¶ Deinde cum dicit.

¶ Quam pulchri ſunt greſſus tui in calciamentis filia principis.

¶ Oñdit eā poſſe aduerſariū iuadē ꝛ fugare Et ꝯti

Dona ſpiritus ſancti ornāt aīam. ij. ij. q. viij. ar. viij.

Virtutes quedā reſpiciūt potētias alligatas organo corporali ꝛ quedam non.

Iraſcibilis ꝛ concupiſcibilis ſunt alligate organo corꝑali.

Fortitudo eſt potētie iraſcibilis pulchritudo. i. ij. q. lxi. a r. ſc̄do

Per fortitu inē reſiſtim⁹ inimicos.

nuat ſic. Nõ ſolũ ꝓuiſũ eſt ꝙ tu ſynagoga poſſis ad uerſarijs reſiſtere: ſ3 ẽt ꝙ poſſis ipſos inuadere ꝛ ſu pare. ideo [o filia ꝑncipis]. i. o ſynagoga que preuiſa es eſſe filia mea que ſũ princeps regũ terre. [ꝙ pul chri ſunt greſſus tui]. i. ꝙ pulchri ſũt ꝓceſſus ꝛ opa tiones tue ſm q̃s aduerſariũ aggrederis ꝛ inuadis nõ ſunt nude ſ3 ſũt ordiate ꝛ calciate. i. iformate cha ritate: qꝛ totum corpus nr̃3 ꝛ oia nr̃a veſtit ꝛ ornat. inquantũ eſt forma ꝛ perfectio oiu3 virtutũ ꝛ oium opationũ nr̃arum: ꝛ quelibet opatio ſumit pfectio nẽ a charitate. Et ideo ꝓut opationes nr̃e dicunt greſ ſus calciat eas charitas. ꝓut vero ſunt operatiões manuũ: charitas eas cirotecat vt liceat ſm meta phoram ſic loqui. ¶ Deinde cum dicit.

**¶ Juncture femorꝝ tuorꝝ ſicut monilia q̃ fabricata ſunt manu artificis.**

¶ Determinat de pulchritudine ei⁹ vt reſpicit cõcu piſcibilem. Circa concupiſcibilem autem contingit tripl'r peccare. Nam quidam ſunt molles: quidam incontinentes: quidam intemperati. Molles ſunt illi q̃ modica tentatione vincunt. Incontinentes ſũt illi q̃ modica tẽtatione vincunt ſ3 multis tentatioĩ bus ſtimulati cadũt: vñ molles neſciũt pugnã quaſi nõ pugnauerũt qd ipm nomen deſignat. Incõtinen tes aũt pugnã experiunt: ſ3 pugna deuicti ſe non cõ tinent. Nã ſi nullã pugnã experirent nõ eẽnt incon tinentes. tñ non eſſet cum quo certarent. Intẽpera ti autem ſunt illi qui iam acquiſierunt hitum incli nantẽ ad venerea: ideo talibus eſt delectabile male agere ꝛ peccant ex electiõe. vnde letant cũ malefece rint ꝛ exultãt in rebus peſſimis. hec aũt oia patere pñt ex. 7. ethicorũ. Et qꝛ totiens multiplicatur vnũ

Apoca. i.

Charitas ẽ oim virtutũ forma. ij. ij. q. xxi. ar. viij.

Quelib3 o peratio ſu mit perfecti onem a cha ritate:

Circa cõcu piſcibilẽ tria genera ho minum pec cant.

Primi ſunt molles ij. ij. q. cxxxviij. ar. i.

Scdi incon tinentes. ſup. q. lxxvij ar. ij.

Tertij ſunt itẽperati. ſup q. lxx. ar. iiij.

Prouerbio rum. ij.

In mltis ca pitulis.

ij. ethicorũ. ca. i.

Circa cõcu piſcibilẽ ꝯti git tripľr̃ beneagẽ. — oppoſitoꝝ quotiẽs multiplicať ⁊ reliquū :ſicut cõ tingit tripľr circa ꝯcupiſcibilem errare.ita cõtingit tripliciť bñfacere. Nã quidam hoĩes ſũt pſeuerã

Qudaꝫ ſũt pſeuerãtes i.ij.q.cxxxv ij.ar.ij — tes:qu idã cõtinẽtes:quidã tẽperãti. Perſeu erante aũt ſũt illi q̃ nõ tẽtanť:nec cadũt.vñ ſũt ꝯrij molli b⁹:q̃ ſine tẽtatiõib⁹ cadũt. Cõtinẽtes ſunt illi q̃mo leſtati ꝑſiſtũt nec cadunt hi ſũt ꝯrij incõtinentibus

Quidã cõti nẽtes ſupra q.xv.arti. i.⁊ vij.ethi. c.ij. — Tempati autẽ ſunt quibus delectabile eſt bñface re.habẽt enim appetituꝫ caſtificatũ ⁊ ſunt ꝑfecti ꝑ habituꝫ inclinãtẽ ad bonũ.In narrãdo aũt pľchri tudinẽ ⁊ ꝑfectionẽ ſynagoge preuiſã a deo ex ꝑte cõ cupiſcibilis tria facit. qꝛ pᵐo narrat vt reſpicit tẽ ꝑãtiã.ſcdo vt reſpicit cõtinẽtiã.ibi[ vmbilicus tu⁹] te rtio vt reſpicit pſeuerãtiaꝫ.ibi[vẽter tuus.] Cõ tinuať ſic. O ſynagoga nõ ſolũ ẽ tibi pľchritudo q̃tũ ad iraſcibileẽſꝫẽt q̃tũad ꝯcupiſcibilẽ :qꝛ ſm ꝓuiſi onẽ diuinã.[iũctura feminũ tuoꝝ ẽ ſicut monilia.]q. ſunt clauſa feĩa tua:⁊ nullo mõ apta. Et hec[ mo nil ia ſũt fabricata mãu artificis.]i.manu mea q̃ ſũ ille faber ⁊ artifex q̃ fabricat⁹ ſuꝫ auroꝛã ⁊ſolẽ. Cũ ergo ſm actus venereos aperiãť femoꝛa mulieris oſtẽdit ſynagoge ꝓuiſã perfectã caſtitatẽ cũdicitur

Monilia q̃ ſint. — femoꝛa ſua eẽ ſicut monilia que ſũt oꝛnamẽta q̃b⁹ diuiſa claudunť. Et quia ꝑfecta caſtitas diſignatur per tempantiaꝫ per ea que dicta ſunt. Notandũ aũt

Hoc femur ẽ viroꝝ ſꝫ hoc femininũ ẽ mulierum. — ꝙ dicit. Junctura feminũ ꝙ hoc femur femoꝛis eſt viroꝝ. ſꝫ hoc feminũ femini ẽ mulierũ qꝛ ſinagoga i duit pſonã mulibꝛẽ:vt pſonã ſpõſe iõ diẽ. Junctura

Monile ẽ fi bula quam mlieres ad pectus poꝛ tãt. — feminũ ⁊ nõ femoꝝ. Jterũ notãdũ ꝙ a it ſic monilia Monile aũt ẽ fibula quã mulieres poꝛtãt ad pect⁹ et claudunt veſtimenta ante pectus:in quo datur i telligi ꝙ caſtitas a qua commendatur ſynagoga nõ ſolum neſcit apertionem carnis : ſed etiam neſcit di

uiſionem cordis. Nam perfecta caſtitas requirit i[n]tegritatem carnis et mentis. Iterum notandum q[uod] huius monilia [ſunt fabricata manu artificis.] id eſt manu dei: quia temperantia a qua laudatur non e[st] acquiſita ſ[ed] infuſa. ¶ Deinde cum dicit.

Caſtitas req[ui]rit integritatē car[n]is et mētis.

**¶ Umbilicus tuus crater tornatilis: nunq[uam] īdigens poculis.**

¶ Commendat eā a cōtinētia. Umbilicus enim eſt illud vbi viget luxuria i[n] mulierib[us]: ſicut dicit Gregorius q[uod] luxuria viris ē i[n] lumbis. Feminis aūt i[n] vmbilico. hic vmbilicus ſynagoge ſ[ecundu]m preuiſionē diuinā eſt [crater tornatilis.] p[ro]pter rectā voluntatē. [nunq[uam] indigens poculis.] i[d est]. nūq[uam] carēs poculis doctrine ſacre p[ro]pter intellectus perſpicacitatē. Incōtinens eni[m] propter incōtinētiā duo mala c[on]trahit. P[ri]mo i[n] malitiā i[n] affectu. vñ nō ē [crat[er] tornatilis] q[ui]a nō eſt agilis ad bonā op[er]ationem vel crat[er] ornatilis q[ui]a nō habet rectā intentionē: cum nō agat p[ro]p[ter] eternā vitā que p[er] craterē tornatilē ſignificat[ur] in q[ua] ratione rotūditatis nō ē p[ri]ncipiū nec finis. Cōtrahit ēt cecitatē intellectus. Nā p[ro]p[ter] paſſiōes obcecatus nō obſeruat leges bonas nec documēta doctrine ſacre. ¶ Deinde cum dicit.

In morali[bus] li. xxxij.

Incōtinēs duo mala c[on]trahit. i. malitiam i[n] affectu.

cecitatē q[uoque] i[n] intellectu.

**¶ Uenter tuus ſicut aceruus tritici vallatus lilijs.**

¶ Commendat eam a perſeuerantia. Uenter eſt p[ar]s mollior mulieris. ſed ſecundum preuiſionē diuinā Uenter ſynagoge carebit mollitie et habebit vi[m] perſiſtentis et ſuſtētātis. vnde ſecundū talem preuiſionem venter ſynagoge erit [aceruus tritici.] tritico enim alij roborantur et ſuſtentantur. In quo datur intelligi q[uod] ſecundum preuiſionem diuinam ſynago

In fine mū di oēs iudei conuerten tur ad xp̄m. Ad Ro.xi. Iſaie.iiij.

ga debet adipiſci tantam perſeuerantiam vel tan tā pſiſtentiā q̄ nō ſolū ipſa non cadet ſed ēt alios ſu ſtētabit ne cadāt. Q̄ ad lr̄as ſic erit in finibus ſecu lorū qñ iſrael vl̄iter conuerteē ad xp̄m q̄ multi tūc erūt firmiores in fide ꝛ morib⁹. Et hic[venter tuus erit vallatus liliis].pp mūditiā q̄ per pſeuerātiam oppoſitam mollicie vitatur carnis ſpurcitia. ¶ De inde cum dicit. Lectio.ij.

Duo vbera tua ſicut duo hinuli ge melli capree.

¶ Poſtq̄ narrata ē pulchritudo quā de⁹ preuidit ſynagoge quātū ad potētias or gano alligatas. Hic in pte iſta narratur pulchritu do preuiſa ei quantum ad potentias organo nō al ligatas. Hee autem potentie ſunt due.ſ.intellectus et affectus. ꝛ intellectus diuiditur in ſpeculatiuum et practicū. Tria ḡ facit. q̄.i.narrat pulchritudinē vt reſpicit inrellectū ſpeculatiuū.2.vt reſpicit intel lectū practicū ibi.[oculi tui].3.vt reſpicit appetitū ītellectiuū ibi.[caput meū]. Prima diuidiē i duas: q̄ in itellectu ſpeculatiuo ſūt ſcia ꝛ fides. Prio er go narrat pulchritudinē vt reſpicit ſciā ꝛ doctrinā 2.vt reſpicit fidē ibi[collū tuū] legiē ſic lr̄a ſ᷒ ꝑui ſionē diuinā.[duo vbera tua].i.ſcia ꝛ doctrina que dicuntur duo vbera pp duo teſtamenta continentia quaſi vbera lac.i.dulcedinem doctrine. Hec autem vbera vel eius ſcia ꝛ doctrina ſunt.[ſicut duo hin nulli capree gemelli].hinnuli enim ſunt agiles ꝛ ca pree acute vident et deſignāt doctrinam ſacrā ſ᷒m quā ꝛ de facili inuenimus quid ſit verū ꝛ videmus acute ꝛ ſubtiliter iudicamus ipſam veritatē. ꝛ [ſ. duo hinnuli capree].dicūtur duo capree pp duplicē

ꝯtra genti c.lxxix. Potentie nō alligate or gano corpa li ſūt intelle ct⁹ ꝛ volun tas. i.parte.q. lxxix.ar.xi

ſenſũ lrālē̄ myſticū. et ſūt gemelli. q2 hi duo ſenſus ſemper ſeſe vident ꝛ cōcomittant cū in q̄libet pte doctrine ſacre hi duo ſenſus aliqualiter aſſignari poſſint. ¶ Deinde cum dicit.

**Collum tuum ſicut turris eburnea.**

¶ Narrat pulchritudinē ſibi p̄uiſā ex parte fidei dicēs. collū tuū. i. fides p̄uiſa tibi que dicit collū q2 per eā debes vniri capiti michi. ſicut per collum caput vnit corpori. Hoc autē collū ſiue fides eſt ſicut turris ratiōe defenſionis. Nā lꝫ fides nō poſſit probari: poteſt tñ defendi. ꝛ hec turris eſt eburnea. i. clara et ſolida nō hñs admixtionē erroris. ¶ Deinde cum dicit.

Per collū ſignificat fides.

Fides non pōt pbari ſꝫ defendi. i. pte. q. i. ar. viij.

**Oculi tui ſicut piſcine ī eſebo que ſūt ī porta filie multitudinis.**

¶ Cōmēdat ipſā q̄tū ad itellectū practicū. Ad itellectū vo practicū q̄tū ad p̄ñs duo ptinē videt. Primū ē diiudicare. Nā ꝛ prudētia q̄ ēt bonoꝝ moꝝ videt eē idicatiua ꝛ p̄ceptiua eſt vt in ſbiecto in itellectu practico. ſꝫ q ptinet ad hūc itellectū practicū eſt diſcernē ſpūs ꝛ potiſſime ꝓut p hiꝰ ſuggerunt nobis ꝯria bonoꝝ moꝝ: q2 non debemꝰ oī ſpūi credē ſꝫ probare ſpūs an ex deo ſint. Duo ḡ facit pmo eā cōmēdat q̄tū ad doctrinā moꝝ. ſcdo q̄tū ad diſcretionē ſpirituū ibi naſus tuus. dicē ḡ. oculi tui. cogitationes per q̄s iudicas mores bonos a malis ſūt. ſicut piſcine ī eſebon. Eſebon eni dicit fuiſſe quedam ciuitas Seon regis vltra iordanē quam ceperūt filij iſrael in cuius parte erāt piſcine: quibus potabat multitudo populi. Talis eſt doctrina moꝝ in eccleſia: quia eam multitudo populi ideſt om̄es chriſtiani veri potant et ad quā inuitantur omnes.

Prudentia hꝫ iudicar.

i. Joannis quarto

